minus de periculo. Maxime autē periculosū circa hoc sacramētū est: quod
est cōtra pfectionē huius sacramēti/quia est immāc sacrificiū: Minus au-
tem est illud quod pertinet ad qualitatē sumētis. Et ideo si sacerdos post
cōsecrationē inceptā recordetur se aliquid comedisse vel bibisse nihilōinus
debet perficere sacrificiū: ⁊ sumere sacramentum. Similiter si recordetur se
peccatū aliquod cōmisisse: debet penitere cū pposito cōfitēdi ⁊ satisfaciē-
di ⁊ sic nō indigne/sed fructuose sumere sacramētū/⁊ eadē ratio est/si se
meminerit excōicationi/cuicūqꝫ subiacere/debet enim assumere ppositum
humiliter absolutionē petendi/⁊ sic per inuisibilē pontificē Christū absolu
tionē cōsequetur/quātū ad hunc actū/ꝙ peragat diuina misteria/si vero
ante cōsecrationē alicuius predictorū sit memor/tucius reputarē: maxime
in casu mādūcationis ⁊ excōmūicationis/ꝙ missā inceptā desereret/ nisi
graue scādalū timeret hec ille. Sāctus vero Bonauētura in. iiij. dist. xiij
Simpliciter tenet: ꝙ etiā in hoc vltimo casu sine peccato potest missā incho
atā perficere/cum pposito cōfitēdi/⁊ cū cōtritione totū supplet: nec vide
tur ibi esse cōtemptus. Et cōsequēter in his casibus si orat excōmunicatus
nō efficitur irregularis. Et idem dicitur de irregularitate/licet Rosel cō
trariū sētiat. Nā/vt quidā doctores dicūt phibitio pter irregularitatē
nō extēdit se ad eum/qui accessit sine cōsciētia irregularitatis/⁊ iā incho-
auit missā. Unde pter reuerētiā sacramēti ⁊ scādalū populi dicūt: ꝙ si do
let ⁊ libēter faceret/quod in se esset/a domino esse dispēsatū: ut tunc/se-
cūdū Bona vbi su. ¶ Si vero quis ante inchoatā missā/iā tamē indutus
vestibus alicuius horū recordetur/quātū ad peccatū nō cōfessū secūdū sā-
ctū Tho. in. iiij. dist. xvij. Si quidē habet copiā idonei cōfessoris/tenetur cō
fiteri. Si vero eā nō habet/licet ei celebrare vrgēte necessitate/secūdū ve
ro Richardū in primo casu/videlicet/si habeat idoneū cōfessorē/sed expe
ctaret aliū cui deuotius ⁊ securius cōfiteatur licite posset cū sola cōtritiōe
celebrare/vbi adest necessitas/⁊ hic sub nōine necessitatis intelligitur om
ne excusās ab irreuerentia sacramēti. vt si est obligatus ad celebrādū popu
lo/vel si nō celebrādo generaret sibi infamiā/vel admir ationē/aut si imi
neret solēnitas magna in qua vtile sit celebrari/aut si tātus sit feruor in

eo qui peccauit/ ꝙ inde ex sacrifitio speret magnū iuuamē contra peccatum/ ⁊ huiusmodi/ alias nō licet: nisi prius fuerit cōtritus ⁊ cōfessus. etiā quātūcūqꝫ cōtritus sit: nisi prius cōfiteatur/ secundū Bona. in iiij dist. xij. Et ideo vt dicit idem doctor. Sanū cōsilium est/ ꝙ homo se ante diligēter preparet/ ⁊ in missa non cogitet de se/ sed magis de sacramēto. Unde ex supra dictis sequitur/ ꝙ volēs cōmunicare positus corā sacerdote/ sic ꝙ iam sine nota nō cōmunicare nō potest/ si recordetur de mortali nō cōfesso licite sine cōfessione cōmunicat cū ꝓposito cōfitendi. Petrus etiam de pal. dicit/ ꝙ sine cōfessione cōmunicare potest quis tēpore pascali si nō habet cōfessorem/ vel habet casum reseruatū ⁊ episcopū adire nō potest. Quod dictum recitans arch dicit. Credo istud restringēdum/ quādo ex hoc/ ꝙ abstineret sequeretur magnū scandalū/ ⁊ haberetur multū suspectus de aliquo malo/ tunc forte posset. Hec ille. Quantū vero ad excōmunicatū/ vel irregularē/ vel nō ieiunū: ꝙ tunc inchoare posset diuina: vbi nō inchoando metueret mortē/ aut verbera metu cadēte in cōstātem virū nec incurreretur in huiusmodi aliqua irregularitas/ cum id nō ex temeritate fiat ⁊ doleret ⁊ libēter faceret/ quod in se esset/ nec obstat capitulum apostolice. de cleri. exco. mi. quia illi sunt in culpa non intelligēdo/ quod debent/ isti vero in necessitate. vnde ⁊ inchoatā perficere possūt cum ꝓposito cōfitendi ⁊ cōtritione vera. Imo hoc extendit ange de cla in sua sūma in verbo Eucharistia. ij. §. vj. Ad scandalū/ sine quo desistere nō posset/ dum modo nō sit phariseorū/ vel idem est/ quod admiratio/ quia tunc nō liceret/ sine nota irregularitatis/ vt idem doctor dicit.

¶ Secundū impedimentū est immūdicia corporis: que licet absolute loquēdo non impediat. Secundum illud Mathei. xv. Non lotis manibus māducare nō coinquinat hominē/ tamē in casu quo illa est cōtra reuerentiā tanti sacramēti quod ratione sue dignitatis/ ⁊ figuralis significationis requirit mūditiā corporalē: impēdit: vel etiā quādo cogitata horrorem ⁊ abhominationē quandā generat: ꝓpter quod leprosus ꝓhibetur celebrare in publico de cleri. Ergo tua nos. Uel quādo cōiuncta est immūditie spirituali/ qualis potest esse pollutio nocturna/ que quāuis secundū se considerata: nō sit peccatum/ ex eo ꝙ absqꝫ vsu liberi arbitrij cōtingat/ tamē ratione sue cause/ habet quādoqꝫ peccatū annexū cuius est effectus: vel signū de qua Nicolaus de lira in quodā tractatu dicit/ ꝙ quādoqꝫ ꝓuenit ex culpa quādoqꝫ ex debilitate nature. Ex culpa sicut et memoria ꝑteritorū sic ꝙ polutus experitur se habuisse turpes imaginatiōes aliquas ꝑteritas/ vel experitur se dedisse crapule. Et tunc debet ꝓpter sacramēti reuerentiā/ ⁊ illā immūditiā abstinere. Si vero non experit imaginationes turpes precessisse ⁊ crapule se non dedisse imputādū est debilitati nature/ que non potuit vertere alimētū: ideo illud trāsfert in superfluitatē. Et qa talis polutio sine sui occasione ꝓuenit nō oportet abstinere. Si tamē talis esset in collegio vbi multi alij sacerdotes existerēt: nec tunc esset necessitas celebrādi/ vbi puta si non esset festū notabile/ vel aliqs alius casus/ bene faceret abstinēdo. Sed si turpes imaginationes non precesserint ac tamen in actu dormitionis occurrāt/ quid faciendū est/ dico aūt in actu dormitionis experitur homo se illis imaginatiōibus cōsensisse: aut dissensisse. Si vero in actu dormitiōis dissenciat vt sibi videtur/ non oportet abstinere. Si

De immūdicia corporis

De nocturna polutiōe

autē experit se cōsensisse debet abstinere/quia talis nocturnus cōsensus attestatur turpes imaginationes/vel morosas illicitas cogitaciones diurnas precessisse/quia actualiter quasdā turpes imaginationes/vel morosas cogitatiōes pteritas diurnas somniando cōsequitur/quia somnia talia:sunt quedā reliquie cogitationū in fātasmate retētarū ex vigilia:que diem festū agunt sibi hec ille. Gabriel autē talē de polutionib⁹ conclusionē ponit. Pollutus in sōno:absq3 cōsensu/in vigilijs sequēte vel preuio/dum se non sentit magis hebetē:et per cogitatiōes ad carnalia reflexū/alijs impedimētis nō obstātibus:etiam extra casum necessitatis:aut remouēdi scādali:potest sine peccato:et meritorie celebrare:dum deuotio trahit:pietas suadet/aut susceptū officiū exigit vel requirit/hec ille. Lectiōe.x.vbi de hoc latissime.

¶ Expeditis impedimētis a ministro sacrā oblaturo hostiā remouēdis/vidēdum est de cōuenientib⁹ ipsi ministro apponēdis. Quorū quedā sunt pmanētia/vt sacre vestes numero sex:qui est numerus pfectus ad significādum sanctitatē et pfectiōem virtutū/quibus celebraturi debēt preornari/et passionē Christi/cui se debent cōformari de quo infra clarius patebit. Quedā verū apponēda sunt trāsitoria/vt oratiōes preuie. ¶ Ad minus autē celebratur⁹ tenetur dicere matutinas ante celebrationē alioquin mortaliter peccaret secūdū omes doctores.eo q faceret cōtra generalē et approbatā ecclesie cōsuetudiē preter primā missā in natiuitate domi que pariter cū matutino cōcluditur/per se autē illā celebrātes finitis matutinis legere debent/et cōcludere per ite missa est. Idem dixerunt quidā de primis. Sed Ange. de Cla. v̄ missa.§.xlij.hoc reprobat. Congruū tamē est vt dicātur prime ante celebrationē:et maxime si specialis cōstitutio vel cōsuetudo alicuius diocesis vel religionis existat/de tercijs autē/sextis/et nonis/vt Gabriel:xiiij:certum est/q indifferēter ante vel post celebrationem legi possunt. Quidē enim credētes missam esse precipuū memoriale dominice passiōis/que hora nona cōpleta est/horas vsq3 ad nonā prius dicunt/alij dictis matutinis/primis et tercijs/sistūt in sextis. Tunc siqdē Christus/qui per sacerdotē in altari sacramēto offertur:ad altare crucis salutifere creditur processisse. Qui etiā modus in multis tam Cathedralib⁹ q regularibus/et collegiatis/ecclesijs laudabiliter obseruatur. In quibus missa publica alias sūma post terciam/et ante sextam decantatur alij post sextam et ante nonam celebrant/quoniā sexta hora Christus in cruce leuatus est/in qua doloribus acerrimis laborauit/tēpore autē quadragesimali post horā nonam summa missa dici solet/dominicis diebus exceptis.

¶ Circa quod aduerte/q hore canonice sunt septē passionē Christi representātes scilicet matutinū. Prima. Tercia. Sexta. Vespere. Et completorium/que licet primitus ex ecclesie cōsuetudine vel institucione dimnctis horis correspōdenter horis passiōis Christi legebantur/vt colligitur ex c. presbiter/de celebratione missarū/et clemētina.eo.li.c.j.vbi dicitur/q diuinū offitiū nocturnū et diurnū horis debitis celebretur/presertim in catedralib⁹ regularibus et collegiatis ecclesijs/tamē cōtra illā ordinationē obtinuit cōsuetudo ecclesiarū/vt non sic distinctis et interpellatis temporū horis legātur:et quia talis recessus cōstat legislatori seu ecclesie nō phibētis nec puniētis/videtur implicite obligationē priorē si que fuerat

De habitu celebrātis et orationibus preuijs.

relaxare tollere seu remouere. Qui vero nō inconuētu ecclesiarū / sed per
se ad partē legunt / possunt secundū exigētiā suorū officiorū ꝛ honestarū
occupationū horas canonicas pro magna parte simul legere: vnde cōsulit
minorū ecclesiarū sacerdotib⁹ in dicto .c: presbiter ꝙ demane dicāt omēs
horas vsqꝫ ad vesperas exclusiue. Et deinde si voluerit exeāt ad rurale op⁹
Sic etiā curiales ꝛ alij occupati solent dicere horas de mane vsqꝫ ad ve-
speras exclusiue / ꝛ de sero vesperas cū completorio / matutinū etiā quan-
doqꝫ ex rationali causa dici potest de sero. Si vero ꝓpter honestas occu-
pationes legi nō possūt debitis ꝓprijs horis melius est preuenire / ꝙ tar-
dare / ꝛ siue preueniantur siue tardius dicātur / dum modo nō trāseat dies
qui tātum ad hoc videtur terminari circa mediā noctē ante horaꝝ solutio
nem nō de se peccat mortaliter / quia preceptū de horis dicēdis nō refert
ad tēpus horarū eiusdē / sed ad totā diē. Et licet ex causis legitimis hore
canonice legi possent extra horas determinatas: intellectus tamē verboꝝ
referri debet ad horas debitas ab ecclesia primo determinatas / vt si quis
legat iam orto lucis sidere / ante solis ortum. aduerbiū. Jam non importa
re debet tempus illud / quo legitur sed referri ad horā solis ortui deter-
minatam / neqꝫ ex hoc quis mēdaciū incurrit / quis enim diceret hunc mēti
ri / qui in noctis medio ea legeret / que hora diei cōsueuerūt legi / puta di-
cēdo hora nona dominus expirauit / ꝙ quis si diceret nunc est hora nona fal
sum ꝓferret / non ergo ad tēpus lectionis / sed ad horā ꝛ tempus in eo / ꝙ
legitur intentas vel designatas / sic ecclesia canit annis singulis Hodie de
us homo factus ꝛc̄ quod tamē die quo canitur / cōstat non esse factū: hec
ex Gabriele lecti. xiij ¶ Restat tamē adhuc vnū dubiū / quo modo he ho-
re passionis Christi videlicet prima / secunda / tercia / sexta / ꝛ nona sunt cō-
putāde. An secundum horalogiū integrū / an secundū mediū. Dicendū est
ꝙ neutro modo / nam he hore videlicet passionis Christi: sunt de numero in
equalium diei horarū / que sēper sunt duodecim in die / tam estiuali quam
hyemali / de quibus. Joānis xj. Saluator dicit nōne duodecim sunt hore
diei / Semper enim media pars celi nobis oritur ꝛ media occidit / que
partes celi per duodecim in se horas cōtinent. Incipit ergo hora prima ab
ortu solis / ꝛ cōtinet horā secūdam / deinde tercia ad se annectens horas
quartā ꝛ quintā. In quibus primū Christus ab herode veste ludicra illu-
lusus reductus ad pilatū clamorosis iudeorū vocibus crucifixus est: tū fla
gellatus coronatusqꝫ / ꝛ hora sexta incipiente teste Joāne eiusdē xix Se-
dēte pilato ꝓ tribunali crucifigi sentēciatus / ac cū trabe ad crucifigendū
ductus a militibus paganis crucifixus est: per hanc ꝙ horā multipliciter ē
illusus. Que quidē hora sexta incipit ante meridiē vna hora quā sequuntur
septima ꝛ octaua hore due post meridiē / in quibus tenebre facte sunt: hora
sexta cōpleta: tum hora nona sequitur predictis horis duabus terminatis
in qua Christus expirauit ꝛ vita functus est / deniqꝫ decima vndecima ꝛ
duodecima hore sequunt: in quibus primū Christus lancea trāsfixus est tū
de cruce depositus / ac vltimo in extrema parte diei sepultus. Unde ex iā
dictis soluitur / quod Joānes dicit hora quasi sexta Christū traditū cruci-
figēdū / hacqꝫ hora crucifixū ꝛ in ligno suspēsū / itellige vt dictū est a militi
bus paganis. Marc⁹ vero hora tercia id fieri ostēdit / intellige a iudeis: ve
rissime iudicās magis fuisse domini necatricem linguā iudeorū: ꝙ militum

De his etiā horis duodecim in quibus operarij cōducebā tur habetur mathei xx.

manꝰ: vt ait Aug. li. iij. c. xiij. de cōsensu euangelistarū. Itē Marcꝰ dicit ho
rā terciā cōpletā includēdo in eā: qrtā ꝛ qntā horas. Joānes vero incipiē

De officio beate virgi- nis ꝛ accessu.

tē/ideo dicit hora quasi sexta. hec de horis passiōis Christi ꝛ canōicis bre-
uiter dictum est ¶ Quid de offitio: puta horis beate marie virginis. Re-
spōdet/ꝙ de hoc doctores hic nihil scribūt. Sed cū predictū offitiū inter
horas canōicas cōputet scōm Panor in. c. j. de cele. missarū idē (vt videt)
intelligēdū quod de horis maioribꝰ ¶ Sed qd de istis quinqꝫ psalmꝫ. Quā
dilecta. Benedixisti. Inclina. Credidi. De profūdis cū qbuidā precibꝰ ꝛ
collectꝫ: aut alijs qbuscūqꝫ preuijs actualē deuotionē inducētibꝰ. Dicē
dū est: ꝙ cōgruū est nō preterire: p loco ꝛ tēpore cū sint de nūero eorū que
deuotionē excitāt: sine quasi qs celebraret idigne: scōm omnes doctores

Siue deuo- tione nō est celebrādum

accederet. Unde glo. j. ad Corin: xj. dicit. Indignus est qui nō deuota mē
te accedit. Sed diceres tēpus nō vacat: ꝛ si vacaret: orare tedet. Uerū est
ꝙ quādoqꝫ non vacat longum: vacabit autē correptū. Nescis quātam vir-
tutē quinqꝫ verba publicani habuerint: scilicet. Deus propicius esto mihi
peccatori. Luce. xviij. Item si tedio occuparis: nō ideo ante accessū altaris
orare aliquid deuoti: pretermittas: quia sepe tediosis labijs: cogitationi
bus dissipatis/affectibus instigatis incipit: quod multiplici deuotione ter
minatur. Sicut enim ex motu corpus incalescit: sic exercitatus spiritus de-
uotionibus inardescit. In his ergo: que plus ad decentiā. ꝛ deuotionē p-
tinēt: ꝙ ad preceptū: quilibet nō spetiali obligatione cōstrictus: suo sēsu a
bundet: quod propter deuotionē amplius seruire dinoscitur: eligat. cōgru
it tamē in talibus attēdere morē ecclesie Cathedralis/vel collegij/aut re
gularis: cuius est pars vel subditus. Sic orationes ad lotionē manuū ꝛ in-
dutionem sacrarū vestiū non sunt omittēde aut alia quecūqꝫ preuia actua-

Deuotio est duplex.

lem deuotionem inducētia ¶ Circa autē predicta notandū duplicem esse
deuotionē. Prima est voluntatis/vt cum quis prompte ex dilectionis vo-
luntate applicat se diuinis obsequijs. Secūda est affectionis: vt cū quis cū
feruore dilectionis: ꝛ quadā suauitatis dilectione afficitur in diuinis. Et
vtraqꝫ potest esse/vl' actualꝫ: vt cū hec actualiter fiunt: vel virtualis: vt cū
ex actuali ꝛ preuia deuotiōe relinquit qdā virtus: que ad actus sequētes
cōcurrit. Prima deuotio celebrāti: est necessaria/saltē virtualis/ita vt in
sui preparatione: ꝛ examinatione preuia: studeat habere deuotionē hāc a-
ctualē: ꝛ postea in celebrationis excutione maneat eadem saltem virtuali
ter: quia hominis est pparare cor ꝛ animū ꝛ de hac deuotione (vt dicit Jo
ānes de lapide. c: vj.) videtur intelligenda glosa. Indignus est qui non
deuota mēte. ꝛc. de qua supra. Secunda vero deuotio licet non sit necessa
ria: ex quo ille feruor dilectionis a domino gratuite datur: ꝛ aliquādo de
sideratus negetur: vel datus subtrahitur. Secundū quod deuotio homi-
nis meretur/vel saluti eius expedire domino visum fuerit/tamē celebra-
turus tenetur toto conamine illū feruorem desiderare: ꝛ pro posse suo fa-
ciendo: ꝙ in se est/illū excitare ¶ Sed forte circa predicta/quereret ali-
quis. An expediat sacerdoti/vt frequenter celebret. Respondetur Si-
frequenter sit dispositus ad celebrādū expedit: vt frequēter celebret. Gra
tissimū enim sacrificiū illud est domino: ꝛ magnas atqꝫ inenarrabiles hoc sa
cramentū virtutes habet. Ideo perutile est sepius celebrare vel sumere
vt fructus sepius percipiatur. ¶ An quotidie liceat celebrare. Repōdet

secundū Bonauenturā. Quod quantū est ex parte sacramēti/cuius virtus est hominibus salutaris/vtile est quotidie celebrare/sed ex parte celebrantis vel sumētis/in quo requiritur/vt cum magna deuotione ꝛ reuerētia ad hoc sacramentū accedat aliquādo expedit quotidie celebrare/ꝛ laudabiliter/quando se quotidie preparatū inuenit/sed quia sepe pluribus hominibus huius deuotionis impedimēta occurrūt propter indispositionē corporis vel anime/non expedit quotidie ad hoc sacramentū accedere/sed solum quādo se inuenit quis preparatū/quia maiorem efficatiā recipit homo in vna missa cum bona preparatione/ꝙ alias in multis/ non sic diligenter ꝛ bene preparatus aut dispositus/vel (vt inquit Petrus de lapide) duo ex parte celebrantis vel sumentis circa vsum huius sacramenti requirunt. Primū est desiderium coniunctionis ad Christū/quod fit per amorē. Secundum est reuerentia: que pertinet ad timorē. Primū istorum incitat ad quotidianā huius sacramenti frequentationē. Secundū vero retrahit. Unde si quis experimentaliter cognouerit ex quotidiana celebratione feruorē amoris augeri: ꝛ reuerētiā non minui: talis quotidie celebret. Si vero quis senserit per quotidianā frequentationē reuerentiā minui ꝛ feruorē nō multum augeri ille interdum abstineat: vt cum maiori reuerētia ꝛ deuotione postea celebret. ¶ Sed si quis est sic dispositus: vt laudabiliter possit celebrare ꝛ etiam laudabiliter possit propter sacramenti reuerentiā abstinere. Respondetur secundū eundē Petrum de lapide in tali casu. melius salubrius ꝛ laudabilius est: vt celebret quā ꝙ abstineat. Nā ex celebratiōe multos fructus huius sacramenti percipere potest: quibus abstinēdo priuat. Preterea celebratio ex charitate procedit: abstinētia vero ex timore: charitas autē timori prefert. Nec validum est/ꝙ abstinens se putat postea melius fore dispositum: quia fieri potest: ꝙ minus fiat dispositus. Sepe enī venit illud Nasonis: Qui non est hodie: cras minus aptus erit. Incertum etiā si vnꝗ deinceps sit celebraturus/Stat etiam: ꝙ celebrādo assequatur aliquam gratiam spetialem quā abstinēdo non potest acquirere: nec vnquā fortassis recuperabit. Et secundū Bedam Sacerdos legitime non impeditus celebrare omittens quātum in eo est: priuat sanctam trinitatem laude ꝛ gloria/angelos leticia: peccatores venia: iustos subsidio ꝛ gratia: in purgatorio existentes refrigerio: ecclesiam speciali Christi beneficio: ꝛ seipsum medicina ꝛ remedio: priuat: inquit: non aliquid aufferendo: sed non impendendo: quod impendere posset. Et licet hoc extra casum necessitatis/vt obligationis vel precepti non inducat peccatum: tamen exhibitio magnum habet meritum/ Secus de illis: qui aliquo debito ratione officij vel beneficij vel religionis tenentur communicare vel celebrare: quia tenentur se disponere quantum in ipsis est ꝛ communicare alioquin peccant abstinendo. Si quidem omnis debens ꝛ non soluens debitum cum possit: peccat. Quidam tamen doctor Jacobus cartusiensis putat palpabilem esse errorē quorundā: qui quotidie currūt ad sacrā communionem: cum nullā senciāt: nec sentire conātur morum emendationē immites: impacientes: iracundi: vaniloqui: lenes: dissoluti: remissi: intemperati auari: cupidi: elati: detractores: potatores: ludis: spectaculis: ꝛ vanitatibꝰ dediti: vnde fit vt offitiū misse legant instar artiū in scholis: sine gemitu: sine suspirijs: sine sapore desiderioꝗ celesti festinatur vt finis apprehēdatur

& devotionis absentia nihil curatur: imo nec desideratur: cum tamē Christus dixit in cena: desiderio desideraui: hoc pascha mãducare vobiscũ: antequam patiar. Et iterũ hoc facite quotienscunque sumitis in meam cõmemorationem: scilicet passionis / que recolenda est cũ merore: & cõpunctione cordis talibus ergo putat multo melius prius emendare mores: ita vt non solum a mortalibus sint liberi / sed etiam in alijs idonei / vt a vanitatibus alieni igne diuini amoris accensi / & mente a terrenis eleuati: si velint quotidie celebrare digne & digni: alioquin iudiciũ sibi mãducare & bibere. Impossibile enim iudicat prefatus doctor: diligentiã facere volenti / medijs cõgruis adhibitis. in breui statum vite emẽdatioris non posse apprehendere. Quicquid sit licet hoc durum quibusdã videatur: tamẽ ratũ manet illud apostoli probet autẽ seipsũ homo: & sic de pane illo edat: & de calice bibat. &c.

¶ Et si in peccato mortali cõstitutũ se cognouerit ante omnia: corã alio sacerdote: absoluẽdi cũ iurisditionẽ seu potestatẽ habẽte genu flexus capite discooperto cõfiteat, eidẽ coopto capite: i cõuenienti loco sedẽti; omia pctã sua & ab eodẽ absolutiõm & penitẽtiã salutarẽ p cõmissis crimib⁹ recipiat.

¶ Corã quo est confitendũ ostẽdit. Sed forte cõtra hoc rubrum aliquis diceret: omnes sacerdotes in ordinatione sua potestatem ligãdi vel soluendi equaliter accipiũt: omnibus enim dicitur. Accipite spiritũ sanctũ quorũ remiseritis peccata remittuntur. &c. ergo male hic dicitur corã alio sacerdote absoluendi eum iurisditionẽ seu potestatem habente confiteatur. ¶ Circa quod notandũ est: secundũ Augustinũ de ankona & Joannẽ Gerson in libris eorũ de ecclesiastica potestate: quod (prout hic sufficit) potestas ecclesiastica est duplex. Quedã ordinis: & quedã iurisditionis.

Potestas ecclesiastica est duplex.

Potestas ordinis est duplex. Una est super corpus Christi verum / alia super corpus Christi mysticum ¶ Prima potestas ordinis: scilicet super corp⁹ Christi verũ: est eadẽ in omnib⁹ sacerdotib⁹ legitime cõsecratꝫ hoc declarat Aug: de ankona in li. preallegato Sic dicẽs potestas ordinꝫ que est respectu corporꝫ Christi veri: vna est realiter in papa: & in omib⁹ sacerdotib⁹ & episcopꝫ: qa talꝫ potestas nõ plurificat: nec ex parte ipsorum sacerdotũ nec ex parte rei oblate / nec ex parte passiõis cõmemorate. Primũ patet / qa omnes offerunt in persona vni⁹ sacerdotꝫ puta Christi. Uñ dicit Criso. in omelia de proditiõe Jude: quod Christus qui mẽsã illam ornauit discipulorũ in cena presto est mense nostre quam consecrat / quia non est homo / qui pposita panem & vinũ corpus & sãguinẽ facit / Sed ille qui crucifixus est pro nobis Christus / cuius virtute consecrantur: licet sacerdotis ore pferãtur Secundum patet / quia non aliud corpus offertur per vnũ Episcopum vel per vnũ sacerdotem: & aliud per alium / sed idem corpus offertur numero per vnũ & per omnes alios. Tertiũ patet. quia vna & eadẽ passio Christi semel recepta cõmemoratur per omnes. Unde dicitur. j. ad Corin. xj. Quotienscunque mãducabitis panẽ hunc & calicẽ bibetis mortem domini annũciabitis donec veniat / potestas ergo ordinis / que est respectu corporis Christi veri / vna est realiter in papa & in omnibus sacerdotibus & Episcopis quia in tali potestate omnes sacerdotes nõ sunt: nisi vnus sacerdos. Et omnes Episcopi vnus Episcopus propter vnitatẽ vnius sacerdotis cõsecrantis

et vnius rei oblate et vnius passionis commemorate. Unde apostolus ad hebreos vij. dicit quod in sacerdotio leuitico plures quidam facti sunt sacerdotes/ sed hic scilicet Christus vnum habet sacerdotium/ de qua etiam potestate dicit Joannes Gerson in suo libro preallegato sic. hec potestas de lege communi inabdicabilis est: et inauferabilis et illimitabilis in sua essentia: quoniam quisque est sacerdos rite consecratus si temptet cum intencione: et forma/ et materia/ debitis: consecrare consecrat: vtique etiam si excommunicatus si hereticus si quocunque modo degradatus fuerit nihilominus in hoc casu nec ad vtilitatem suam sed damnationem suam hoc ageret. Juxta quod vtiliter distingui solet quod aliqua sunt de necessitate executionis huius potestatis dupliciter/ vna est necessitas solius precepti/ cuius transgressio peccatum graue est: vt excommunicatus non consecret. verum tamen hec transgressio non impedit consecrationis effectum principalem que est transsubstanciatio. Altera est necessitas consecrationis vel sacramenti/ consistens in hoc quod minister sit rite ordinatus habens intencionem consecrandi cum materia et forma debitis/ quod si alterum defuerit nihil efficitur et peccatur/ hanc potestatem tradunt doctores concorditer esse parem in omnibus/ qui consecrati sunt sacerdotes. que potestas esse collata creditur in cena domini: dum Christus dixit apostolis hoc facite in meam commemorationem: vbi doctores communiter senciunt: quod Judas illic fuit sacerdos constitutus/ sicut prius electus in apostolatum/ potestatem predicandi et faciendi mirabilia susceperat. Et hic sumitur argumentum/ quod potestas ecclesiastica ordinis/ non necessario fundatur in fide vel in gratia/ sed in caractere baptismali: quam de lege communi necessario presupponit. hec Gerson ¶ Alia potestas ordinis scilicet supra corpus Christi mysticum seu membra eius in foro penitentiali/ que dicitur potestas clauium: quibus sacerdotes possunt aperire celum: et claudere: aperire dignis/ claudere indignis/ etiam est eadem vel equalis in omnibus sacerdotibus rite ordinatis/ maioribus: et minoribus. hoc est Episcopis et simplicibus sacerdotibus et inauferibilis secundum Gabrielem/ qui de hoc late declarat lectione. ij. licet quidam aliter dixerint. Cum enim omnibus sacerdotibus noue legis collatus sit sacerdotalis caracter omnibus claues collate sunt. Sed .d.q. ex quo omnes sacerdotes habent potestatem seu claues ligandi vel soluendi peccata/ cur omnes vsum earum non exercent. Respondetur. quod hoc est propter defectum iurisditionis secundum illud Ri. in. iiij. dist. xix. dicentis actio non tantum requirit potentiam a qua fit/ sed subiectum debitum in quo recipiatur. Unde ad ligare et soluere non tantum requiritur potestas clauium: a qua sunt illi actus: sed etiam materia debita in quam recipiunt. Non est autem materia debita/ quantum ad istos casus respectu claues habentis/ nisi persone super quas habens claues habeat aliquam iurisditionem/ non autem omnis sacerdos habet iurisditionem super quemlibet/ nisi secundum ordinationem vicarij Christi/ Et preterea non omnis sacerdos potest exercere vsum clauium/ sed solum secundum eundem modum: quem ecclesia statuit. Uel respondere possumus secundum Panor in. c. quod autem de. pe. et re. quod licet quilibet sacerdos/ dum ordinatur recipiat potestatem ligandi vel soluendi: habet tamen illam in habitu/ et non in actu/ quia nisi habeat subditos/ illam exercere non potest et est textus. xvj. q. j. c. Generaliter. §. Ecce. facit in ar. l. obseruare in fi. ff. de offitio. pro con. et. c. presenti. de offi. ordi. li. vj. Acceperunt ergo in ordi

natione claues: quantum ad essentiā & habitum: non quātum ad vsum seu actum earū. Ex quo sequitur: q̄ quātum ad populū habent claues ligatas / quibus vti non possunt / nisi de nouo cōcedatur eis executio & vsus clauiū a superiore cum applicatione populi. Quapropter secundū glo. in ℣ alieno sacerdoti. c. omnis de pe. & re. Parochianus cui data est licētia eligendi confessorem / non potest confiteri non curato / quia glo. dicit alieno sacerdoti scilicet executionem habenti. Et huius declarationē ponit. Pa: ibidem. Post hoc. Idem Panor subiungens dicit. Intellige hoc dictum glo / quando simpliciter datur parochiano licentia eligendi sibi cōfessorē Secus autem si ipse proprius sacerdos cōmitteret alicui / vt audiat cōfessionem sui parochiani / tunc enim nō requiritur: q̄ ille habeat executionem quia tunc cognoscit / vt delegatus / non vt ordinarius. q̄ nota pro cōsuetudine generali / vt sacerdos habens parochiā amplam possit in sui auxiliū aduocare alium sacerdotem / etiam non habentem curam in actu hec ille. Et hoc dictum Panor: & glose multi doctores approbant. Ange: autē de Cla: in. ℣. Confessio. iij. §. iiij: dicit / q̄ omnis sacerdos / non excōmunicat⁹ suspensus / vel interdictus: & huiusmodi: licet non habeat curam animarum potest audire cōfessionem & absoluere a ꝓprio sacerdote licentiā habentē etiam generaliter dando licentiā subdito / vt quēcunq̄ voluerit eligat sibi cōfessorem: quia quilibet sacerdos: ex quo est sacerdos ordinatus habet executionem / solum deficit materia: in qua exerceatur. Et ideo cum sibi exhibetur per talem licentiā in genere datā absoluit auctoritate propria: quā habet & potest exercere oblata sibi materia debita hec Ange. Quibus alludit Gabriel lecti / iij vbi dicit. In omnibus itaq̄ his vel reseruationibus siue cōcessionibus potestas clauiū in ordinatioībus omnibus equaliter collata / neq̄ extenditur neq̄ restringitur / sed illimitabilis manet in sua radice / duntaxat autem vsus illius potestatis impeditur pro quanto tollitur materia circa quā huiusmodi potestas posset exerceri. sicut qui fabro tollit ferrum nihil artis vel potestatis fabricandi aufert / sicut nec cōfert ferrū tribuendo. Impedit autem vsum eius per materie subtractionē. Et sicut Ierarchis aliquando partim subtrahit / & partim ministratur. quādo certo populo / & eorū certis & non omnibus peccatis absoluendis preficiātur ita nō nunq̄ per suspensionē ab offitio & grauiores penas puta excōmunicationē: depositionē: aut degradationē omnis materia subtrahitur & vsus potestatis clauium penitus impeditur / ita vt neminem ab aliquo peccato absoluere possint taliter suspēsi. Et si acceptaret nihil faceret / & nō est simile de potestate cōsecrādi & potestate absoluēdi: quātū ad earū exercitiū: q̄a illa impediri nō potest simpliciter p superioris auctoritatē. Ista vero simpliciter potest impediri / vt patet ex p̄missis: hui⁹ rationē / assignat Sco: in. iiij dist. xix. q. j. ar. iiij. Quia potestas cōsecrandi est q̄si potētia ꝓpiqua: que habet materiā i natura panē scilicet triticeū nec aliqd aliud cōcurrit seu requirit: vt panis sit materia nō requirit. q̄ sit a cōsecrāte tāq̄ res ꝓpria possessa / vel q̄ sit ab illo vel ab isto coctus vel ministratus: quia omnem triticeum panem sacerdos potest consecrare ad quē dirigit cōsecrandi intētionē. Sed potestas clauiū est q̄si potētia remota non habēs materiā in natura quia materia hui⁹ potestatis nō est simpliciter peccator penitēs: sed peccator penitens subditus / duplici subiectione: quam subiectionem peccator

non habet a natura: sed ab auctoritate superioris / et ideo per eū fit materia dum subicitur / et desinit esse materia dum subiectio reuocatur.

Potestas iurisditionis.

¶ Secunda potestas ecclesiastica est potestas iurisdicionis que consistit in quadam prelatione seu superioritate super certam plebem vel personā quia dicitur iurisditio quasi auctoritas vel potestas dicendi ius: secundum Joannē Gerson. hoc autē nulli competit respectu alterius / nisi super ipsū habeat quādam prelationem. Et de ista dicit Aug: de ankona. vb supra. ar. iiij. Si loquamur (inquit) de potestate iurisditionis in spiritualibus siue tēporalibus nullus est equalis pape in tali potestate. quia omnes alij Episcopi vocati sunt in partē sollicitudinis et administrationis. Solus autē papa vniuersalem habet administrationē in toto orbe. Unde dicit Criso. in omelia super: Joānem. Quod Christus Jacobum localiter in vno loco prelatum determinauit / Sed petrum totius orbis ordinauit magistrū et doctorem. Et idē super actis apostolorum dicit: quod petrus a dei filio super omnes / filij potestatem accepit: nō vt moyses in gente vna vel in vno populo / sed in vniuerso orbe terrarū. Si vero loquamur / de potestate iurisditionis tēporalis similiter / nullus est equalis sibi in potestate: quātum ad immediatā auctoritatem: et vniuersalem iurisditionem et infra: licet imperatores et reges habeant immediatam executionem et administrationē in temporalibus / ex hoc tamē non arguitur: quod sint maiores vel equales pape in potestate: sed potius inferiores: hec ille. Idem eadem. q. ar. j. dicit / quod potestas iurisditionis in temporalibus immediata est in solo papa / deriuata vero in episcopis et prelatis / sed in omnibus secularibus et principibus est in ministeriū data / idem in ea. q. ar. viij dicit / qui potest in maius / potest in minus sed magis est posse in spiritualia / quam in corporalia et temporalia. Ergo cum papa habeat potestatem super spiritualia: habet etiā potestatem super temporalia. Non est ergo vt infra idem dicit: de ratione vite perfecte et discipulorum Christi nihil temporaliū possidere / cum ipsi apostoli multa tēporalia in cōmuni haberent / et vnicuique prouidebatur: sicut cuique opus erat. Nam Abraā perfectus homo erat: et multas diuitias habebat: possidere ergo diuitias / non vt in eis spes ponatur: sed vt in eis diuinū preceptum impleatur: ad presentis vite sustentationem / ad pauperum arrogationē / et virtutum operationē est de ratione vite apostolice: et qui habet prouidere de spiritualibus / habet eodē modo prouidere de temporalibus sine quibus spiritualia in vita ista pollitica exerceri non possunt. Unde apostolis dicētibus dimitte turbas / vt sibi emant escas / dictum est / nō habet necesse ire: date vos illis manducare. Idem ea. q. ar. j. dicit: illa potestas est in ministerium data alteri cui iuramentū fidelitatis prestat: et ab eo cognosci quid habet Sed omnis potestas secularium principū imperatorū et aliorum talis est dicitur enim. lxiij. d. c. Tibi domino. Quod imperator iurat summo pōtifici nunquam mandatū preterire et sibi in omnibus fidelitatem seruare. Ergo talis potestas est sibi solum in ministeriū data: et si inueniatur: quādoque aliquos imperatores dedisse aliqua temporalia summis pōtificibus / sicut Cōstantinus dedit siluestro / hoc nō est intelligendū eos dare: quod suū est: sed restituere quod iniuste et tirannice ablatū est. Eodem modo / si legatur quādoque aliquos summos pontifices dare bona tēporalia imperatoribus et regibus: hoc nō est intelligēdū eos facere in dominij recognitionē: sed in pacis

ecclesiastice cōseruationē/quia seruū dei nō oportet ligare/sed mansuetū
esse ad omnes: hec Aug: qui supra: in summa de ecclesiastica potestate/vbi
multa de hoc. Et de hac quidē potestate: ⁊ iurisditione ecclesie longe an-
te domini natiuitatē ore ꝓphetico Daniel predixit/eiusdem.c.ij.vbi (pre
missis regnis ante Christi aduentum ⁊ post regnātibus) dicit. In diebus
autem regnorum illorū: scilicet imperatorū romanorum. Suscitabit deus
regnum celi: id est Christi ⁊ ecclesie/quod ineternum nō dissipabitur. Cō-
minuet autē: ⁊ cōsumet vniuersa regna hec/⁊ ipsum stabit ineternū. hec ibi
Tunc autem illa regna ⁊ secularis iurisditio/de quibus in dicto.c. dicit
contrita sunt ⁊ in fauillam redacta ventoqꝫ rapta/vt dicit ibidem/quādo
lapis abscisus est de mōte: sine manibus/id est Christus natus est de virgi
ne Maria/sine virili semine. Et maxime tempore Cōstantini: qui Roma
num imperiū ⁊ seipsum iurisditioni pape subiecit: gessitqꝫ stratoris officiū
tenēs equū sub sacto Siluestro papa: vt habetur.xcvj.di.c. Cōstantinus
non humano naqꝫ iudicio/sed diuino hec ordinata sunt/per danielemqꝫ
diu ante ea preuisa: vt quēadmodū vnus deus est Christus ⁊ dominus om
nium/sic ⁊ eius vicarius pōtifex: videlicet romānus: nō sine naqꝫ causa: quā
do romanorū regnū cepit: assiriorūqꝫ defecit. Tunc ꝓphete: primo ceperūt
vaticinare de vocatione gentiū: ⁊ non tantū populo ꝓprio/sed etiam gen
tibus salutem ꝓphetabant: vt refert beatus Augustinus de ciuitate dei
li.xviij.c.xxvij. Quorū ꝓphetarū in sequētibꝰ capitulis de regno Christi ⁊
eiꝰ ecclesie ꝓphetias ponit. Cuiꝰ quidē ecclesie potestas distincta est aliq̄
mō ad instar distinctiōis/que est in ecclesia triūphāte/vt sicut ibi sub Chri
sto principe sunt angeli/quorū qdā sunt superiores quidā medij qdā inferi
ores/neqꝫ equalis est omnium potestas: sic in ecclesia militāte sub vicario
Christi sunt: patriarche: archiepiscopi/Episcopi/⁊ sub illis inferiores sa-
cerdotes/⁊ est eorū potestas distincta secundū ordinationē vicarij Christi
cui videlicet vicario Christi in ꝑsona petri data est ab ipso Christo/Joanis
vlti. q̄ndo ter dixit: pasce agnos meos: pasce agnos meos: pasce oues meas
id est ad te petre ⁊ tuos successores pertineat ⁊ dispositio ⁊ regimen gene
rale ouium ⁊ ouilis. Et data est singulariter Petro ⁊ eius successoribus
ad euitandū confusionem: ⁊ dissencionis materiam que fieret si quilibet
indifferenter ⁊ equaliter curam haberet de omni populo/⁊ essent multa
scismata ⁊ hereses in ecclesia: que lege diuina dānantur: vnde chore: dathan
⁊ abiron: principes/qui contra Moysen scisma fecerant/vna cum eorum
subditis: igne deuorati sunt: vt habetur numeri.xvj. Sic decē tribus: que
regnū Israel sciderāt: puniti sunt ⁊c. Que quidem potestas in foro anime
interiori/vt dicit Gabriel vbi supra/non est potestas ordinis: nec cōfertur:
in ordinis susceptione/nā eoipso quo aliquis ordinatus est presbiter non
est constitutus prelatus/nec curator alicuius persone/vel plebis: presup-
ponit tamen eā ⁊ fundatur in potestate ordinis sacerdotalis/quia nulli cō
mittitur: nisi sacerdoti potestatem clauiū ex ordine habenti. Non enim per
potestatem iurisditionis datur natura potestas absoluēdi sacramētaliter
sed (vt dictū est) materia subicit: in quā accepta potestas clauiū valeat ex
erceri. Coherent ergo sibi he due potestates clauiū ordinis videlicet ⁊ iu
risditionis: quātum ad forū anime: ita qꝫ vna sine alia nō sufficit ad absoluē
dum a peccatis. Non sufficit dico: nedū ad ordinate ⁊ licite absoluēdum/

sed simpliciter ad absoluendū/ita si ꝙ sacerdos tentauerit absoluere non
suum/non modo peccat/mittendo falcem in messem alienā: sed omnino
nihil facit. Confitens etiam tali scienter grauiter peccat ꝓprij sacerdotis
forū declinando/quod facere non potuit/vt in.c.de pe.⁊ re.⁊.c.si diligen-
ti.⁊.c.significasti de foro cō.⁊ tenetur iterū cōfiteri eadem peccata suo sa-
cerdoti: secundū doctores in.iiij.dist.xvij.quia per illū absolutus non fuit
Quoniam a non suo iudice ligari nullus valet vel absolui/vt in.c.ꝙ autē
de pe.⁊ re. Unde ibidem Panor. dicit forus penitencionalis in multis re-
gulatur ad limites fori cōtentiosi. Sicut enim in foro cōtencioso: non po-
test quis absolui: vel ligari/a non suo iudice: ita in foro penitētionali.⁊ In
no. Cum volentē (inquit) confiteri non suo sacerdoti: id fieri debere de li-
centia ꝓprij sacerdotis: causam subdit dicens. Cū aliter ipse eum non po-
sset soluere vel ligare. Itaqꝫ ad soluendū requiritur potestas clauiū:⁊ ma
teria in quam absolutio recipiatur: seu ad quā terminetur. Sicut tam in na
turalibus: ꝙ in artificialibus ad agendum requiritur potentia/seu virtus
agendi: ⁊ materia debita: in quā actio terminetur: potestas itaqꝫ agendi/
potestas est clauis. Materia ꝓpinqua siue per se/est peccatum. Materia
secundaria siue per accidens/peccator subditus: Subditus quidem du-
plici subiectione: scilicet volūtaria: ⁊ subiectione prelati superioris: vtraqꝫ
subiectio requiritur. Unde Episcopus nullos potest ligare vel soluere/
nisi de sua diocesi: vt in.c.nullus de parochi: Sic etiam curatus seu pleba-
nus in alienos: sue parochie non subiectos absoluēdi vel ligādi nullā ha-
bet potestatē. Unde.xiij.q.j.c. Ecclesias dicitur: vnicuiqꝫ ius ꝓprium habe
re statuimus/ita videlicet vt nullus alterius parochie terminos/aut ius
inuadat: sit vnusquisqꝫ terminis suis cōtentus: ⁊ aliter ecclesiā ⁊ plebē sibi
cōmissam custodiat/vt ante tribunal eterni iudicis ex omnibus sibi cōmis
sis rationē reddat ⁊c̄. Non curatus vero absoluere potest neminē/⁊ nedū
absoluere: sed etiā nec alios actus sine licētia speciali Episcopi vel prela
ti loci/exercere potest/omnibus enim generaliter clericis potestatis exe-
cutio interdicitur: vt ait textus in dicto.§. Ecce.xvj.q.j.⁊ in sequenti.c.ibi
dem.vbi sic dicitur. Cunctis fidelibus ⁊ summopere omnibus clericis attē
dendum est/vt nihil absqꝫ Episcopi ꝓprij licentia agant non vtiqꝫ missas si
ne eius iussu quisqꝫ presbiterorū in sua parochia agat: nō baptiset: nec quic
quā sine eius permissu faciat: ⁊ quod dicitur hic de missis non celebrandis
intelligitur de publicis. Nam priuate celebrari possunt: vt dicit glo.ibidem
Et est textus.c.iij.de cle.peregri.vel etiā si inuitetur ab alio presbitero/
tunc potest sine licentia Episcopi.viij.q.j. Episcopi. Omnia enim honeste
⁊ secundū ordinē fieri debent: secundū apostolum.j.ad Chorin.xiiij. dein-
de docto: prefatus Gabriel infert corolariū dicens/ꝙ sacerdotes simpli-
ces nō curati/non possunt sibijnuicē absolutionis benefitium impendere si
ne sui superioris licentia cōcurrētē/patet ex dictis: quia nullus eorū ha-
bet super aliū iurisditionē. Nec etiam curati equales/vt plebanus pleba
num ex eadem ratione. neqꝫ enim sacerdotes excipiūtur ab illa sacra La-
teranensi cōcilij cōstitucione: qua precipit omnib⁹ vtriusqꝫ sexus fidelib⁹
suo ꝓprio sacerdoti: vel de eius licentia/ex rationabili causa petita: ⁊ obtē
ta alteri: cōfiteri de pe.⁊ re. Omnis. Unde dicit glo.ibidem in ṽ. Ligare: ꝙ
Clericus sine licentia sui Episcopi non potest in nō suū iudicem cōsentire

Sacerdos nō potest ab soluere nō subditum.

Non potest quis ligari vel absolui a non suo iudice.

Sacerdotes eq̄les nō possūt sibi inuicē absolutionē impēdere

Nec valet cōsuetudo/quia ei Canon obuiat: Si Episcopus de pe. ⁊ re. li. vj. vbi dicitur. Nulla quoqȝ cōsuetudine potest introduci: ꝙ aliquis preter sui licentiā superioris cōfessorem sibi eligere valeat: qui eum potest soluere vel ligare. Nec habens iurisditionē alios audiendi potest eā delegare alteri/vt ab eo absolui possit: quia hoc priuilegiū dūtaxat ad Episcopos ⁊ simi les prelatos Episcopis superiores: ⁊ etiam ad prelatos exemptos/non habentes super se superiorem: preter papam pertinet: vt in. c. si. de pe. ⁊ re. Ceteri ergo prelati: vt sacerdotes parochiales alias plebani: prepositi: decani Canonici seculares/⁊ huiusmodi ecclesiastici non exempti inferiores Episcopis: similiter religiosi etiam exempti/qui habent abbatem vel generalē ⁊ huiusmodi super se nō possunt sibi eligere cōfessorem: quia tales secundū omnes doctores (vt dicit Ange. de Claua. in ꝟ. Confessio. iij. §. xiij.) tenē tur/sicut alij simplices cōfiteri suis prelatis: vel de eorū licentia. ⁊ de hoc latius dicit Panor. in. d. c. si. de. pe. ⁊ re. Pondera ergo rubrū ⁊ teneat mēti: quia est de mente ⁊ institutione sacrorū canonū: ⁊ matris sancte ecclesie extra quā omnino quātūcunqȝ bene viuitur: ⁊ in ea: nisi recte viuatur: non est salus. xxiij. q. iij. Si quis a catholica. Secundo prefatus doctor Gabri. infert dicens ꝙ sacerdos non solum nō alienū/sed nec a quolibet crimine absoluere potest suū subditū cōfitentem. patet/quia sicut per auctoritatem superioris ministrari oportet materiam: quātū ad personā absoluēdam. ita etiam quantū ad peccata/a quibus absolui debet. Utraqȝ enim ⁊ peccator ⁊ peccata sunt materia potestatis clauiū ⁊ sacramēti penitencie/peccata quidē materia ꝓpinqua: peccator vero remota/quia ꝓpter peccata cōfitēs est materia/qui sine peccatis absolutionis capax non esset. nō enim absoluitur: nisi ligatus. ⁊ si innocens cōfessori se offerre posset: non tamē posset confiteri: nec absolui cum confiteri se de peccatis accusare. ⁊ absoluere/sit a peccatis liberare/vel ab eis liberatum iudicare ac ꝓnunciare. Nūc ergo summus Jerarcha cuius est/potestates iurisditionis alijs impartiri/sicut partitus est personas/parochias/⁊ dyoceses: ita ⁊ peccata/⁊ sicut nō omnibus/quos in partem solicitudinis assumpsit: omnes generaliter subiecit ita ⁊ subiectorū non omnia peccata subegit: sed maiorū quedam sibi: quedā Episcopis reseruauit/cetera inferioribus curatis cōmisit. Sed ⁊ episcopi quorū est tradere materiam immediate subiectis: per eorum institucionē ad curam agendam populi tantū institutis concesserunt: quātum sibi ꝓ bono regimine populi expedire iudicauerunt. Ne: si etiam maiora peccata eorum potestati subicerent/facilitas venie incentiuū preberet delinquendū ideo etiam quedam sibi reseruauerunt. Unde sicut (vt supra dictum est) sacerdos absoluens non subditum suum peccat. sic absoluens suum subditū a quo non potuit peccat mortaliter secundum Rich. in. iiij. dist. xviij. Siue hoc faciat ex malicia/siue ex crassa/aut affectata ignorantia de quo latius Ange. de Claua. in ꝟ. Confessio. v. §. xiij. Scire etiā debent sacerdotes: ꝙ si alicui eorum Episcopus cōmittatur suā auctoritatem generaliter audiendi confessiones. Nihilominus ex hoc non potest absoluere a casibus Episcopo specialiter reseruatis. Similiter Episcopus cōcedēs licentiā alicui vt eligat sibi cōfessorem idoneum eoipso non concedit licētiā absoluendi a casibus suis/dicto confessori electo/nisi hoc exprimat/vel euidenter cōstet ꝓpter alia signa/ꝙ hoc in speciali voluit cōcedere/q̄a in generali cōces

Extra vnitatē ecclesie nemo saluat

Non a quolibet peccato sacerdos suū subditū absoluere potest.

Rone non veniunt illa: que non esset / quis verisimiliter specialiter cōcessurus / vt dicit textus in. c. Si Episcopus de pe. ꝛ re. li. vj. Et nota Ange. in. ℣ Confessio. §. v. ꝛ vj hic etiam Notandum est / ꝙ in casu extreme necessitatis quando alicui imminet periculum mortis ꝓbabiliter / ꝛ ꝓprium sacerdotē habere non potest / tunc quilibet sacerdos potest ꝛ debet talem peccatorem audire in cōfessione ꝛ absoluere ab omnibus peccatis / casibus / ꝛ excōmunicationibus vt tenet glo. in. c. pastoralis de offi. ordi. de quo vide latius dictum Ange. in. ℣. Cōfessio. iij. §. ij. Item nota ꝙ fratribus minoribus ꝛ p̄dicatoribus libere ꝛ sine aliqua licentia ꝓprij sacerdotis cōfiteri potest / illis duntaxat / qui fuerint habituati secundum Cle. dudum de sepul. Item aduerte rubrum vbi habes: ꝙ cōfessor tanꝙ iudex ꝓ tribunali iudicij diuini / sedere debet. ꝛ cōfitens tanꝙ peccator flectere. Simile est in foro cōtenciosi iudice qui sedens ꝓ tribunali iudicare ꝛ sentenciam ꝓferre debet vt notatur in Auten: de iudicibus. §: Sedebunt. ¶ His itaqꝫ pcursis in p̄sentiarum breuitati inseruire cupiens: que dispendiose ꝑ varios doctores tradita sunt omissis: ad nudum ꝓcessum / ꝛ gestus significationem diuina gratia opitulāte me cōuertam / ꝑ simplicium cōtemplatione ꝛ noticia explicando / non iuxta meam sententiam / sed potius secundum intellectum verum ꝛ rectum doctissimorū virorum ꝛ clarissimorū doctorū breuia notabilia ꝑ eiusdem elucidatione annectendo / quatenus quilibet attentus lector / ꝛ diligens hec scripta perlegendo ea: que cōcernunt diuinum cultū ꝛ sacratissime officiū misse / valeat cum mentis suauitate / atqꝫ animi ꝓfectu intelligere. Accipe ergo o sacerdos hec literarū monimēta / ꝛ sanctorū doctorum optima documenta / his indefinenter adhereas / in his te exerceas / addiscendo quomodo illa diuinissima sacramenta tractare debeas reuerenter: pura mente / tanto regi Christo cōpaciendo / suamqꝫ non minus speciositatem in amarissima passione omnino amissam deplangere studeas: cuius tota memoria in sacratissima missa pagit / ipsa enim est rep̄sentatiua tocius vite Christi. Tota namqꝫ vita eius in hoc seculo: quasi vna solennissima missa fuit / que in memoria semper est habenda. vnde dicit Saluator. Luce. xxij. Quociensc̄unqꝫ feceritis in meam memoriam facietis. Et Apostolus. j. ad Chorin. xj. Quotiensc̄unqꝫ panem hunc manducabitis ꝛ ꝛ calicem bibetis mortem domini anunciabitis. Ideoqꝫ totum misse officium ad p̄sentandum (vt ꝓfertur) dominicā maxime passionem ordinatur In cuius memoriam etiam mater sancta ecclesia instituit / vt ꝛ ante misse inchoationem celebrans vestibus representantibus habitum / quo Christus tempore sue passionis indutus erat se induat / ac ꝑ hoc anteꝙ missam incipiat saltem in generali actualiter domini passionem cōmemoret.

In casu extreme necessitatꝫ qlibet sacerdos potest absoluere.

Audiens cōfessionē sedere debet.

Vita Christi quasi vna missa solennissima fuit.

¶ Sequitur Textus.

¶ Deinde si voluerit poterit pro deuotione orationem sequentemque est sancti Augustini ante altare: vel alio cōuenienti loco genuflexus dicere. Oratio.

Summe sacerdos: et vere pontifex: qui te obtulisti deo patri hostiam viuam: puram: et immaculatam: in ara crucis pro nobis miseris peccatoribus: quiqꝫ dedisti nobis car

nē tuam ad manducandū: ꝛ sanguinem tuū ad bibendū: Et posui-
sti mysteriū illud in virtute spiritussancti dicens: hoc quotiēscunq͡ꝫ
feceritis in mei memoriā facietis. Rogo te per sanguinem tuū pre
ciosum magnum salutis nostre preciū. Rogo te per hanc mirā: ꝛ in
enarrabilem charitatem: q̄ nos miseros ꝛ indignos sic amare di-
gnatus es: ut lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo: doce
me indignū seruū tuum: quem inter cetera dona tua etiam ad offi
cium sacerdotale vocare dignatus es: nullis meis meritis: sed sola
misericordie tue dignatione: doce me queso per spiritū sanctū tuū
tantum tractare misterium: ea reuerentia ꝛ honore: ea deuotione/
ꝛ timore: quibus oportet ꝛ decet: fac me queso per gratiā tuam sē
per illud de tanto mysterio credere ꝛ intelligere: sentire ꝛ firmiter
tenere: dicere ꝛ cogitare: quod tibi placet ꝛ expedit anime mee.
Intret spiritus tuus bonus in cor meum: qui sonet ibi sine sono: ꝛ
sine strepitu verborū/ loquatur veritatē tātorum mysteriorū ꝓfū
da sunt quippe nimis ꝛ sacro tecta velamine: ꝑpter magnā clemē
tiam tuam cōcede mihi missarum solennia puro corde ꝛ munda mē
te celebrare: Libera cor meum ab immundis ꝛ nephandis: vanis ꝛ
noxijs cogitacionibus. Muni me queso beatorū angelorum pia:
ꝛ fida tutela atq͡ꝫ fortissima custodia: vt hostes omnium bonorū
confusi discedant per virtutē tanti mysterij: ꝛ per manū sancti an-
geli tui repelle a me ꝛ a cunctis seruis tuis spurcissimū: ꝛ nephan-
dissimū spiritum inanis glorie: iracundie: fornicationis: superbie. ꝛ
cenedoxe: inuidie: auaricie: blasphemie: ꝛ immūdicie dubietatis ꝛ
diffidencie: vt tantū sacrificium cū omni puritate valeam tibi offer
re. Confundantur qui me persequuntur. pereāt illi qui perdere cun
cta bona festinant. Rex virtutum deus amator castitatis ꝛ inte-
gritatis celesti rore benedictionis tue extingue in corpore meo to
tum fomitē ardentis libidinis. vt maneat in me tenor tocius casti-
tatis: ꝛ integritatis anime ꝛ corporis. Mortifica in membris meis
carnis stimulos: omnesq͡ꝫ libidinosas cōmotiones: ꝛ da mihi verā ꝛ
ꝑpetuā castitatis sanctimoniā: cū ceteris donis tuis: que tibi pla-
cent in veritate: vt sacrifitium laudis tue casto corpore ꝛ mundo
corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contricione: ꝛ lacri
marum fonte: quanta reuerētia: timore: ꝛ tremore: quāta cordis ca
stitate ꝛ anime puritate: illud diuinū ꝛ celeste sacrifitiū est celebrā
dum domine: vbi caro tua in veritate sumitur: ꝛ sanguis tuus in ve
ritate bibitur. vbi yma summis iūguntur: vbi adest sanctorū ange-
lorum ꝑsencia: vbi tu es sacerdos ꝛ sacrificiū mirabiliter ꝛ ineffabi
liter: quis digne hoc celebrare potest nisi tu omnipotens deus of

ferentem feceris dignum. Scio vere domine: et scio ac idipsum bonitati tue cōfiteor: quod non sum dignus accedere ad tantū misteriū propter nimia peccata mea: et infinitas negligētias meas: sed scio veraciter: et credo ex toto corde: et ore confiteor: quia tu me potes facere dignū: qui solus potes facere mūdum de immūdo cōceptū semine: et de peccatoribus iustos facis et sanctos/ per hanc omnipotētiam tuā te rogo: concede mihi peccatori hoc celeste sacrifitiū celebrare cum timore et tremore: cum cordis puritate: et lacrimarū fōte cum leticia spirituali: et celesti gaudio. Sentiat mens mea domine dulcedinē beatissime presencie tue: et excubias sanctorū angelorum tuorū in circuitu meo: Ego enim memor venerāde passionis tue accedo ad altare tuū licet peccator: vt offerā tibi de tuis donis sacrifitiū: quod tu instituisti: et offerri tue maiestati precepisti in cōmemoratione tuā pro salute nostra. Suscipe ergo illud queso summe pastor pro ecclesia tua sancta: pro populo tuo: quē acquisiuisti sāguine tuo. Et quoniā me peccatorē inter te et eundē populū tuū medium esse voluisti: licet in me boni operis testimoniū non agnoscas: offitiū saltem dispēsationis mihi credite nō recuses: ne per me indignū famulum tuū eorum salutis pereat preciū: pro quibus victima factus: dignatus es esse redēpcio salutaris. Profero ergo domine si digneris propicius intueri: tribulationes plebiū: pericula populorū: captiuorū gemitus: miserias orphanorū: necessitates peregrinorū: inopiā debiliū: desperationes languētium: defectus senū suspiria iuuenū: vota virginum: lamēta viduarum. Tu enim misereris omnium domine: et nihil odisti eorū que fecisti. Memorare domine que sit nostra substantia: quia tu pater noster es: Tu deus noster es. ne irasceris: neque multitudinē viscerum tuorū misericordie tue: super nos contineas: Non in iustificationibus prosternimus preces ante faciē tuam: sed in miserationibus tuis multis: aufer a nobis iniquitates nostras: et ignem sancti spiritus in nobis clemēter accēde. Aufer a nobis cor lapideū de carne nostra: et da nobis cor carneum: quod te timeat: te amet: te diligat: in te delectetur: te perfruatur: te sequatur. Oramus domine clementiā tuam: vt sereno vultu familiā tuā: sacri tui nominis offitia prestolātem aspicere digneris: et vt nullius sit irritū votū. nullius vacua postulatio: tu nobis preces suggere: quas ipse audire propicius: et exaudire delecteris. Rogamus etiā pater sancte: et pro omniū fideliū animabus defunctorū: vt sit illis salus eterna: perpetua sanitas: gaudiū et refrigeriū sempiternum: hoc magnū puritatis sacramentū: deus meus sit illis hodie magnū et plenum conuiuiū de te pane viuo: qui de celo

descendisti ⁊ das vitā mundo: de carne tua sancta ⁊ benedicta: agni videlicet: qui tollit peccata mūdi que de sancto ⁊ glorioso vtero beate virginis Marie est assūpta ⁊ de spiritu sancto cōcepta/ de illo precioso sanguine tuo qui pietatis fōte ꝑ lanceā militis ex tuo sanctissimo latere feliciter emanauit/ vt inde sanati: refrigerati refecti ⁊ cōsolati exultēt in laude ⁊ gloria tua. Peto clementiā tuam piissime redemptor: vt descendat suꝑ hūc panem: ⁊ calicē istum plenitudo diuinitatis tue: descendat etiam domine illa sancti spiritus tui inuisibilis forma: ⁊ incōprehensibilis maiestas: sicut quondam in hostijs patrū descendebat: que ⁊ oblationes nostras corpus ⁊ sanguinē tuū efficiat: ⁊ me indignum sacerdotē tuū doceat tantū tractare mysterium: cū cordis puritate: ⁊ lacrimarū fonte/ cum reuerentia / tremore: ita vt placite ⁊ benigne suscipias sacrificium laudis de manibus meis ad salutē omniū tam viuorū: ꝙ fidelium defunctorū. Rogo te domine per ipsū sacrosanctū mysteriū corporis ⁊ sanguinis tui. quo quotidie in ecclesia tua pascimur ⁊ potamur: abluimur ⁊ sanctificamur: atꝙ vnius tue summe diuinitatis participes efficimur: vt mihi concedas virtutes tuas sanctas quibus repletus: bona conscientia: ad altare tuū accedam: ita vt hec sacramēta celestia efficiātur mihi salus ⁊ vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto ⁊ benedicto. Panis quem ego dabo caro mea est ꝑ mundi vita: qui manducat me viuet ꝓpter me: ipse manet in me ⁊ ego in eo: Ego sum panis viuus qui de celo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane: viuet ineternū: Panis dulcissime sana palatum cordis mei: vt sentiā suauitatē amoris tui. Sana me domine ab omni languore: vt nullā preter te sentiam dulcedinē: nullum ꝑter te querā amorem. Nullam ꝑter te amē, dulcritudinē: panis candidissime: habens omne delectamētum: ⁊ omnem saporem suauitatis: qui nos de te semꝑ reficis: ⁊ in te nunꝙ deficis: comedat te cor meū: ⁊ dulcedine saporis tui repleantur viscera anime mee. Manducat te angelus pleno ore: mādūcat te peregrinus homo pro modulo suo: ne deficere possit in via: tali recreatus viatico: panis sācte panis viue. pāis pulcherrie: pāis mūde: q̄ descēdisti de celo: ⁊ das vitā mūdo. Ueni in cor meū: ⁊ mūda me ab omni inquinamēto carnis ⁊ spiritus. Intra in animā meā sana: ⁊ sanctifica me interi⁹ ⁊ exteri⁹: esto tutamē ⁊ ꝑpetua salus ⁊ ꝓtectio corporis ⁊ anime mee. Repelle a me insidiantes mihi hostes. Recedant ꝓcul a potentia presencie tue: vt tua ꝓtectione foris ⁊ intus monitus: recto tramite ad regnū tuum perueniam: vbi nō in mysterijs sicut in hoc tēpore agitur: sed facie ad faciem te videam. Amen.

Oratiõe huiusmodi cõpleta: vel etiã omissa si eã dicere non sit disposit⁹. Sacerdos induit pamẽtis sacerdotalib⁹ in sacristia vel ante altare vbi ẽ celebratur⁹: aut alio loco ad hoc ordinato si huiusmodi pamẽta est receptur⁹ in sacristia, vel alio loco ad hoc ordinato, & lauat man⁹ in loco deputato: & alia facit vt ĩfra dicet. Si autẽ eisdẽ Paramẽtis ĩdui velit ãte altare in quo est celebratur⁹ anteq̃ ascẽdat ad ipsum altare: genu flectit in eius infimo gradu: & detecto capite iunctis manibus ante pectus extẽsis & iunctis digitis: ita q̃ sumitas digitorũ humeros non trãscendat: posito pollice dextro sup sinistrũ in modũ crucis quod in omni iunctione manũ ante pectus obseruat: vel si paramenta ipsa accipit in sacristia: vel alibi anteq̃ ascẽdit ad altare genu flexus corã eo vt prefert secrete dicit.

De iunctiõe manuũ ante pectus.

Introibo in domum tuam: in holocaustis reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea.

Surgit: & ascendit ad altare: accipit Missale ꝑquirit & ꝑlegit missam: & ad comemorationẽ & alia que est dicturus ordiat signa: ne in missa sit audiẽtib⁹ tediosus: ꝓuidet sibi de ministro qui ei in receptione paramentorũ sacerdotaliũ & missa seruiat: ac vbi opus erit respondeat: nisi prius talem habeat: vel sit in ecclesia ad hoc aliquis specialiter deputatus: vel ordinatus lauat manus ministro detecto capite: ampulam aque dextra manu tenente: & aquã fundente: & sinistra peluim summitẽ te. q̃ si non est peluis apponat sinistrã manũ pedi ampule quã dextra manu retineat: vt ambabus nudis manibus seruiat: quod etiã in alia lotiõe obseruat. Similiter cũ sumpto p celebrantẽ sacramẽto: eidem ꝓ purificatione & ablutiõe vinũ fũdat in calicẽ ambab⁹ nudis manib⁹ detecto capite vt ꝑmittit: id facit: lotis mãib⁹ sacerdos abstergit eas mappula ad hoc ibi parata: ãteq̃ autẽ man⁹ lauet: vel cũ eas lauat dicit secrete.

Qualiter minister debet dare aquam manibus celebrantis & ampulas vini & aque ministrare.

Da domine virtutẽ manibus meis ad abstergendũ omnẽ maculã immũdã: vt sine pollutiõe mẽtis & corporis valeã tibi seruire. Amen.

Prefata oratione: videlicet Summe sacerdos: dicta vel omissa. Sacerdos iam sacras vestes induturus prius ante altare detecto capite flexis genibus legit deuote / & attente orationem. Introibo in domũ tuam &c. Per quod docetur quomodo se habere debet quilibet sacerdos ad tam ꝓciosissimũ & sacratissimũ mysterium tractandũ accessurus mentaliter per ea / que foris agit corporaliter. Primo igitur denudat caput & quicquid eum

impedire posset: vt palliū & huiusmodi a se abicit. quo instruit vt tunc temporis abiciat a se omnē exteriorē curā & sollicitudinē etiam huic vite necessariā & a fortiori fantasmata seu cogitaciones vanas: & genu flexus orat vt deuotus & purus mente accedat. Et quatenus dominus virtute sue orationis & passionis dignetur ipsi mittere angelum sanctū: qui eum confortet ad hoc grande sacrifitiū pure: deuote: & fructuose peragandum. ¶ Deinde lauat manus ad tractandū reuerenter ipsum sacramentū. Preciosa enim non consueuerūt tractare homines: nisi manibus prius lotis. Unde Gregorius in pastorali. Necesse est vt mūda studeat esse manus: que diluere sordes curat. Corporaliter igitur lauat man9 vt spiritualiter mundet affectus vel actus: ne quasi illotis manibus ad mensā puenire videatur. Non q̄ lutum manuū diuina cōtaminet sacramenta: sed si quis indigne manducat & bibit: iudicium sibi māducat & bibit. Sollicite ergo satagendū est: non tam exteriora manuū: q̄ interiora mētium inquinamēta purgentur. Sacerdos ergo prius q̄ ad altare veniat per confessionē: & lacrimas penitencie se abluat / p mentis amaritudinē se purget: per considerationē vite sancte se informet: de primo. Esaye. lij. Mundamini qui fertis vasa domini. de secūdo j. ad Chorin. v. Expurgate vetus fermētum. De tercio ad hebreos xij. habētes impositam nubē deponamus omne pondus & circūstans nos peccatum / q̄ppter orat sacerdos. Da domine virtutē manibus meis. &c. Facta autē lotione digitos tergit: ne aliquid humidi carnalis concupiscētie: quo facile macule cōtrahuntur: remaneat: Post lacrimas ergo cōtritionis peccata abhorrere & abolere per opera satisffactionis celebraturus debet.

¶ Deinde supra vestes comunes siue cotidianas quibus cōmuniter vtitur quarū exterior debet saltē talum siue collum pedis attingere: & super Rochetū: si est prelatus secularis: vel suppellitiū: si est religiosus qui Rocheto nō vtatur: aut alius sacerdos. & suppellitiū cōmode possit haberi. Alioquī eciā sine suppellitio calceatus pedibus paramētis sacerdotalibus se induit: dicens: ad singula singulas orationes sequentes / anteq̄ paramēta ipsa accipiat. Imprimis accipit circa extremitates & cordulas hinc & inde amictū / quē in medio deosculatur: & ponit sup caput: & mox declinat ad collū & circum circa vestium collaria tegit: ducit cordulā a sinistro latere pendentē sub brachium dextrum. & aliā a dextro latere pendentē sub brachium sinistrum per dorsum circūducēs ad ventrem reducit & ligat prius dicens.

De veste sup humerali.

Impone domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos diabolicos incursus. Amen.

¶ Ostendit quis & qualis debeat esse habitus sacerdotalis. & dicit: q̄ vestis cōmunis exterior debet esse talaris: adde: & desup clausus / vt dicitur in. c. Clerici de vita & ho. cle. deniq̄ suppellicium / quo quibuslibet serui-

Per suppellitium quid significatur

ctis altaris: et sacrorū vacātes super vestes cōmunes vti debent/ quod qui
dem suppellicium: vt dicit Rationale/ ꝓpter sui candorem/ operū mundi
ciam seu puritatē castitatis designat. Iuxta illud omni tempore vestimēta:
id est opera tua/ sint candida: idest munda: ꝓpter nomē vero suum: carnis
mortificatioē figurat/ dictum est enim suppellitium eo: ꝙ antiquitus super
tunicas pelliceas de pellibus mortuorum animaliū factas induebatur. ꝙ
adhuc in ecclesijs multis obseruatur: vt pote in cathedralibus et collegiatis
de lino tamen etiā non omittitur suppellitium super quo in talibus ecclesijs
de pellibus defertur/ representantes/ ꝙ Adam post peccatum talibus ve
stitus est pellitijs. Tertio suppellitiū de lino denotat innocētiā: et ideo ante
omnes alias vestes sacras induitur: quia diuino cultui deputati innocentiā
vite cunctis virtutū actibus supponere debent. Iuxta illud Ps. Inno-
centes et recti adheserūt mihi. ¶ Calciamenta autē quibus sacerdos calci
atur ex precepto Apostoli ad Ephe: vj. dicētis. State calceati pedes in p̄

Quid p calceos significatur.

paratione euangelij pacis: que fiunt de pellibus mortuorū animaliū et cal-
cant terrā: et sunt clausa de subter: et apta de super figurant: ꝙ sacerdos de
bet esse mortuus mundo/ et debet habere cor clausum ad terena: et ipsa tam
ꝙ lubrica calcare: et vilipendere: et aptum ad contemplandū/ et desideran
dū celestia ¶ Vestiendus est etiā sacerdos sacris vestibus super humera-
li videlicet alba: cingulo. etc. quibus in hoc sacratissimo mysterio: vt ornet
statuit ecclesia: ꝓpter earum representationē. Est autē duplex earum rep-

Vestes sacre quid representent et primum secūdum historicū sensum et tropologicū

sentatio. Repñtant enim aliquid in capite Christo: et aliquid in membris
sacerdote scilicet celebrante. In Christo significāt secundū historicum sen
sum indumēta/ quibus Christus in sua passione vestitus est. Nam (vt dictū
est) ad representandū Christi passionem mysteriū illud a Christo institutū
est. Et ideo omnia. que in isto offitio aguntur/ ad representandū Christi pa
ssionē ordinātur. Unde qb⁹ iudaic⁹ furor Christū in eius passione vestiuit
ad contumeliā/ hijs sacerdos Christi ꝑsonā gerens in offitio cōmēoratio-
nis dominice vestit ad gloriā. Unde passio Christi: que iudeis est scandalū
Christi fidelibus est virtus sapiētia et gloria. In membris autem represen-
tant virtutes: quibus anima celebrantis/ et sumētis debet adornari: vt pos
sit stare contra insultus et insidias dyaboli. Iuxta illud ad Ephe. vj. Indu
ite vos armaturā fidei: vt possitis stare aduersus insidias dyaboli: qui mul-
tipliciter nititur impedire sacerdotis intentum/ et huius sacrificij effectū
¶ Amictus itaq3/ qui super humerale dicitur/ quod sacerdos ad altare a
scendens accipit et osculatur: et induens operit caput: et cum funiculis strin

Sup humerale quid significet.

git se circa collū: et medium corporis: significat ꝙ Ihesus ꝓcessit obuiam
iudeis dicens eis: quē queritis. etc. et ita cū iudas osculo tradidit/ et captū
iudei ligauerunt per collū: et mediū corporis: et sic ducentes in domū Cay
phe velauerunt caput et faciē eius ꝑcucientes: illudentes: dicentes. Pro
phetisa nobis Christe quis est: qui te percussit. ¶ Tropologice vero prefa
tus amictus videlicet super humerale: quo caput obumbratur: et humeri/
vbi est fortitudo ad portandū onus: cuius funiculis/ et pectus ꝑcingitur
significat: fortitudinē fidei per gratiam spiritussancti. Est enim fortitudo
fidei celebraturo maxime necessaria: cum in hoc sacrifitio maxima appare/
ant mirabilia omnē intellectum humanū excedētia: Qui amictus fidei nō
solum et caput recte intētionis munit: et oculos a vanis custodit/ sed et fu-

ciculis gemine charitatis cogitationes pectoris ne ad impuritatē defluant precingit: in quo et salus consistit/ideo et galeā salutis representat/ Secundū illud ad Ephe:vj. Galeam salutis assumite: ꝓpter quod sacerdos se illo induens dicit. Impone domine capiti meo galeam salutis. &c.

Tum alba induitur manicam dextram brachio dextro. dein de sinistram brachio sinistro imponens: ac alias ipsam albam corpori adaptans prius dicens.

Dealba me domine: et munda cor meum: vt in sanguine agni dealbatus/ gaudijs perfruar sempiternis. Amen.

Alba quid representat. ¶ Secundo celebraturus induit albā vestē ludicram qua Christus velut stultus ab herode est illusus: et ad pilatum remissus. Luce xxiij. Illusit indutum veste alba et remisit ad pilatum. ¶ Et significat Tropologice: ꝙ sacerdos debet esse mundus et castus: tanꝙ de baptismo de nouo dealbatus consurgēs vt possit regnare cum rege superno. Iuxta illud Apoca:iij. Ambulabunt mecū in albis/quia digni sunt. Ideo tunc orat dealba me domine. &c. Uel secundum Hugonē cardinalem hoc vestimētum quo sacerdos induitur tegens totum corpus a sursū vsqꝫ deorsū significat spem/que ex gratia ꝑuenit ecclesie sursū et ex meritis ecclesie deorsum. De hac Apostolus ad Romanos viij. Spe salui facti sumus.

Eleuat ante & a lateribus hinc & inde albam ac cingulo sibi per ministrum a tergo porrecto se cingit dicens.

Precinge me domine cingulo puritatis: et extingue in lumbis meis humorē libidinis vt maneat in me virtus cōtinētie et castitatis. A.

Minister eleuat albā supra cingulum circū circa: vt honeste dependeat: tegat vestes & eius fimbrias diligēter aptat: vt ad latitudinem vnius digiti vel circa: supra terrā equaliter fluat

Cigulus qd significat. ¶ Tertio celebraturus succingit albam: quam indutus est: zona seu cingulo circa lūbos/significans Ihesum ad columnā ligatum/et flagellis flagellatum. Joannis. xix. Apprehendit pilatus Ihesum/et flagellauit. ¶ Tropologice vero significat ꝙ renum incentiua: et luxurie libidines in eo restringēda sunt. Secundū illud ad Ephe. vj. State succinct lumbos vestros ꝓpter ꝙ induens orat precinge me domine. &c. Secūdum Hugonē cardinalem per cingulum significatur. Justitia cuius sunt duo brachia inter se constringentia scilicet declinare a malo et operari bonū. Unde: Esaie x.. Et erit iustitia cingulum lumborū eius/hoc cingulū secundū eundem representat flagellum cum quo pilatus cedit Ihesum.

Sacerdos accipit manipulum in brachium sinistrum dicens

Merear domine portare manipulum fletus: et doloris/vt cum exultatione recipiam mercedem laboris. Amen.

Manipulus quid representet. ¶ Quarto induit manipulū in sinistrum brachium: significans/ꝙ Ihesus funiculum/quo fuit ligatus in flagellatione/portabat in brachio sinistro quando dederunt ei/coronato corona spinea/arundinē in dextrā ¶ Tropologice vero penitentiā et ꝑseuerantiā significat. Unde tūc orat sacerdos

Merear domine portare. ꝛc. Secundū Hugonē Cardinalē p manipulum qui in leua manu portatur fortitudo designatur: qua contra aduersa debellatur/ de hac dicit Apostolus. Fortitudo est virtus recondens in pectus aduersitatis. iste manipulus: secundū eundē Hugonē repñtat funē: quo ligatus fuit Jhesus a iudeis cōprehensus.

Stolam ambabus manibus accipit: deosculatur eam in medio: imponit mediū eius collo & transuersando eam ante pectus in modū crucis ducit partē a sinistro humero pendentē ad dexteram: & partem a dextro humuro pendentē ad sinistram: sicq; vtrāq; partē stole extremitatibus cinguli hinc & inde ipsi cingulo coniungit dicens,

Redde mihi domine obsecro stolā immortalitatis quā perdidi in puaricatione primi parentis: ꝛ quāuis indignus accedo ad sacrum tuum mysterium merear tamen gaudiū sempiternum. Amen.

Stola. q. s.

¶ Quinto induit stolā crucem significantē: quia sicut sacerdos stolam in scapulis portat: ita Christus crucem in scapulis ad montē caluarie baiulauit. Osculum autē illius assensū ꝛ desiderium: quo se Christus huic subiecit cruci representat. ¶ Tropologice vero stola obedientie humilitatē significat cuius duo fines patientiā ꝛ prudentiā vite sacerdotali necessarias designat/ vel immortalitatē/ quā per peccatū in Adam amisimus. Unde tunc orat sacerdos. Redde mihi domine. ꝛc.

¶ Deinde induitur casula dicens,

Domine qui dixisti/ iugum meū suaue est ꝛ onus meum leue/ fac vt illud sic portare valeam: q consequar tuam gratiam. Amen.

Casula. q. s.

¶ Sexto ꝛ vltimo celebraturus induit casulam: significans q milites pilati Christum deridentes tanq regnare volentē: vel querentē purpuream vestem induerunt. ¶ Tropologice vero Casula/ que est vltimū indumentum operimentum ceterorū ꝛ pulchrum/ significat charitatem: que est complementū: ꝛ pulchritudo omniū virtutum/ operiens multitudinē peccatorum/ iugumq; domini suaue ꝛ onus leue faciens. Unde tunc sacerdos orat dicens domine/ qui dixisti. ꝛc. ¶ Amictus autem prefatus: ꝛ primū suphumerale/ in capite idest in Christo humanā naturam mystice significat: qua tecta est deitas: que est caput Christi: Alba: que totū corpus tegit puritatē corporis Christi de virgine sumpti sine macula originalis aut actualis culpe representat. Zona: qua alba cōfluens cōstringit vinculum charitatis significat: quo nostram naturā dei filius sibi copulauit. Manipulus: quē leua gestat/ brauiū felicitatis eterne: quam Christus in hac vita p multos labores pressuras ꝛ cruciatus obtinuit representat. Stola que super amictum collo sacerdotis incumbit/ ꝛ in crucis modū corpus cingit obedientiā (vt dictū est) Christi significat: qua factus obediēs vsq; ad mortem mortē autem crucis. Per Casulā: qua desuper corpus sacerdotis tegitur: plenitudo gratie Christi significatur: qua mēbra Christi adornantur. ¶ Sacerdos ergo sacris vestibus se induens hoc credat ꝛ memoretur in Christo/ hoc habere in se ipso concē: quod vestes ille repñtāt in capite ꝛ in mēbris. Ita

Alia vestium sacrorū representatio secūdum mysticū sensum.

Modus ordinarius

q sacerdos Christi armis virtutū armatus de altari vel vestiario ad populum gradiens ad locum scilicet cōfessionis / ibiq peccata sua debite cōfitendo p se sibiq cōmissis siue astantibus deum deuote orat / significans Christum derisorie corona spinea coronatū: sicq foras ad populū iudeorū deductum / r de varijs excessibus durissime accusatū r finaliter vsq ad morte͂ diiudicatū. ¶ Unde ex supra dictis patet q sacerdotū simpliciū: sex sūt indumenta scilicet. Suphumerale. Alba. Cingulus. Manipulus. Stola. Casula que debent esse sacrata / munda r honesta nec alijs vsibus: q ecclesiasticis r deo dignis offitijs deputata: de con. di. j. c. vestimēta. Nam vt habetur in c. Relinqui de custodia Eucharistie / districte clericis pcipitur: vt oratoria vasa / palle / corporalia r vestimēta: munda r nitida conseruentur. Hoc autem necessario fieri pcipitur quod si non fiat: penam habet vt habetur xiiij. q. j. c. Quisquis preceptis. Ue igitur illis qui hec precepta non custodiunt r tenent ea adeo immūda: quasi sint p seruitio rusticorū deputata r peccāt grauiter: r vt dicunt doctores mortaliter / r nedum in vsus pphanos nō debent cōuerti sed nec p laicos tangi xxiij. dist. j. c. Uasa r. c. Sacratas. Ubi habetur q nec vestimenta altaris / nec vasa sacra nec corporalia debent cōtingere / r si ex deuotione hoc fatiant psumptuosa est. Unde nec pretextu pietatatis mortui sunt sacris vestibus induendi de con. di. j. c. Nemo. cl. fi. Quod autē sacerdotes r Episcopi sic induti sepeliuntur: potest dici / q nō debent ille vestes esse benedicte / vel si sunt consuetudo excusat: vt ibidem simpliciter tenet glo. r similiter moniales que corporalia lauant: prius tamen esse debent per sacerdotem lota: p quibus quidem corporalibus lauādis sacerdotes habere debent nouā peluim ad hoc spetialiter deputatam r aquam in sacrario picere scilicet saltem ad primam lotionem d. c. Nemo. Quidam tamē dicunt / vt suplementū: q quātum ad corporalia non excusat moniales lauantes corporalia pter rationē positā in. d. c. Nemo ne scilicet fragmēta / vel pulueres dominici corporis male tractentur / aut a pphanis cōtingantur. Circa quod nō potest esse cōsuetudo rationabilis: hoc tamē potest intelligi scz saltē ad pmā lotionē alias videt cōsuetudo excusare.

Suprascripte orationes nō ex precepto: sed ex deuotione dicuntur: poterit etiā sacerdos his orationibus demissis dū separat dicere psalmū. Miserere mei deus. vsq ad finem: cū gloria patri, aut aliū psalmū conuenientē. Sic omnibus paramētis indutus sacerdos, si illis in sacristia, vel alio loco ab altari, in quo est celebraturus, distanti indutus est, accipit manu sinistra calicem cū patena simul ligata, que debent esse de auro vel argento, aut de stanno, nec debent esse rupta, ita q amiserint formā, desup ponit bursam cum corporali & palla, que debent esse de puro panno lineo, nō de pāno intincto, aut de serico & bursā ipsam ne cadat manu dextra retinens, coopto capite, accedit ad altare. Ministro cū Missali, cussino ampulis vini, & aque hostiaria cū hostijs, candelis & intortitio more

Calix de qua materia fieri debet.

turis, seu nō ardentibus ipsum precedente, vbi ante infimum gradum stans sacerdos caput altari seu ymagini crucifixi de sup posite ꝓfunde inclinans, debitā ei reuerentiā facit, tum ascendit ad mediū altaris vel si paramēta ante altare huiusmodi accepit, ibidem explicat corporale, & calicē de suo saculo soluit, exponit, & iuxta corporale, collocat cū patena versus cornu Epistole, ac hostiā super patenā reponit, & palla coopit, si est consecraturꝰ vnam vel plures hostias ꝑ cōmuniōe vnius vel plurium illa die dispensandas aut ꝑ alijs diebus reseruandas ponit etiam illā vel illas sup patenā sub hostia ꝓ se parata, si ille comode sup patena stare possunt. Alioquin locat eas sup corporale ad dextrā ꝓpe vbi post offertoriū calix erit locandus, hoc est ad sinistrā sui celebrātis, aut in aliquo calice vel vase mundo consecrato, ponit eas retro locū vbi calix misse erit locandus, & alia patena coopit, conspicit tobaleas siue mappas sup altare positas, que debēt esse tres, an sint omnes & si qua desit facit eā apportari, & sup altare extendi, interim minister accendit candelas, & apponit candelabris, hinc & inde sup altare positis. Si altare nō est cōsecratum habere debet altare portatile desuper in medio positū. Aduertat sacerdos an lapis in ipso altari portatili cōsecratus sit longitudinis vnius palmi, & latitudinis ad minus medij palmi vel circa, hoc est tante quantitatis ꝙ possit cōmode desup poni calix & hostia distantia competenti, ꝙ si lapis ipse illius quātitatis nō est, nullatenus celebret sup eo. Tū descendit ad infimū gradum altaris iunctis manibus ante pectus detecto capite, & si est celebraturus corā sūmo pontifice, aut Cardinale, vel patriarcha, Archiepiscopo, vel Episcopo in eorū residencijs, vel loco iurisditionis eorū, facit prius ei coram quo ex predictis est celebraturus reuerentiā conuenietē, & mox ad altare se cōuertit, aut si nō est corā aliquo premissorū celebraturus ꝙ primū ad infimum gradū descendit de altari, conuertit se ad ipsum altare, vbi eodē modo stans, ꝓducens manu dextra a fronte ad pectus signum crucis, sinistrā ponit infra pectus, in alijs benedictionibus cum est in altari, ponit eā sup altare, vel si & quādo manica albe eū impedit retinet ipsa

Tres mappe debēt esse in altari inclusa antepēdij.

Quomodo et qualiter celebrās manu dextra populos vl' rei aut sibi ipsi benedicit et interi sinistrā tenet

manu sinistra manicā huiusmodi brachij dextri. Cū sibipsi benedicit, vertit ad se palmā manus dextrę & omnibus illius digitis iunctis & extensis a fronte, quā tangit ad pectus ac ab humero sinistro, ad humerū dextrū signum crucis format. Si vero alijs vel rem benedicit paruū digitum vertit ei cui benedicit, ac benedicendo totā manū dextram extendit omnibus illius digitis pariter iūctis, & extensis quod in omni benedictione obseruatur, dicit intelligibili voce.

In nomine patris: et filij et spiritussancti: Amen:

Et postq̄ id dixerit nō debet aduertere quęcunq̄ in alio altari celebrantē, etiā si sacramentū eleuet sed cōtinuate ꝓsequi missā suā vsq̄ in finē. Iūgit māus āte pect' dicēs simili voce.

V Introibo ad altare dei. Minister ad eius sinistrā aliquātulum tamē retro genuflexus respōdet. Ad deū qui letificat iuuētutē meā.

Ostendit quid acturus sit sacerdos sacris vestibus indutus. Ubi pzimo nota q̄ calix secundū Hugonē significat domini sepulchrū. Patena vero lapidem supra positū: qui quales esse debent etiā habetur de cōse: dist. j. c. calix. Secundo nota q̄ sacrifitiū altaris puta: mappe: palle: et corporale debet esse consecratū de sindone munda nō serico: aut intincto: sed albo terreno lineo vt patet de Conse: dist. j. c. Consulto. Ubi dicitur Consulto omniū statuimus / vt sacrifitium altaris nō in serico pāno: aut intincto quis quā celebrare missam ꝑsumat: sed in puro lintheo ab Episcopo cōsecrato / terreno scȝ lineo procreato atq̄ cōtexto. Sicut corpus domini nostri Jhesu Christi in sindone linea munda sepultū fuit: hec ibi. Rationabiliter quidem duplici ratione: scȝ munditie maioris et mysterij ꝓfundioris. Inter em̄ omnia genera pannorū illa: que sunt de lino puro ad candorē ꝑspicuū perducta mundissima sunt et mundari melius possunt: et ꝓfundius significant: que domino nostro Jhesu Christo contingebāt: vt allegati Canonis: verba insinuant: dicit enim in lino puro: in quo notatur innocentia et puritas omnimoda sine quacunq̄ macula saluatoris. Purū est enim cui nihil alterius nature est permixtū. Sequitur terreno: quo notatur corpus saluatoris passibile et mortale de corpore terreno virginis assumptū. Addit lino ꝓcreato atq̄ cōtexto idest panno lineo multiplici tonsione ad candorē perducto / quo notatur Christus: qui multiplici cruciatu et pressura: puenit ad gloriā Representat denique sindonē mundam: quo dominicū corpus sepulture traditum fuerat inuolutum hec Gabriel lecti: xiij. Ex quo patet multorū error: qui pallas: et signāter pallā: in qua inuoluitur corporale: diuersis cōtextāt coloribꝰ: matris sancte ecclesie dispositionē seu statutū nō aduertētes.

Calix et patena quid significent.

Quid p pallas significat

Tertio nota: q̄ altare debet esse igne: siue lumine: celebrationis tempore fulgidum: vt precipitur. c. vltimo de cele. missarū. Unde scribitur Leuitici vj Ignis in altari meo semper ardebit: significat autem ignis siue lumē fidem populi: que nō debet esse absconsa sub modio / sed manifesta posita super candelabrū / vt ingredientes ecclesie vnitatem videant opera ex fide relucē

Cādeleardētes quid significent.

tia ꝛ glorificent patrem/qui in celis est. Et rationabiliter adhibetur ignis luminosus vbi ille tractatur: qui venit ignē mittere in terram/ quē vult vehemēter accendi. Luce xij. Quiꝙ de se dicit. Ego sum lux mundi: qui sequitur me nō ambulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Joannis viij. Et celebrās sine igne debet offitio/ ꝛ benefitio priuari. vt patet in d.c. vltimo de cele. missarum.

Nota quarto: ꝙ quilibet sacerdos etiā ꝛ Episcopus debet missam celebrare capite discooperto: vt de Cōse: dist. j.c. Nullus ꝓhibet enim apostolus viros capite velato in ecclesia orare: vt reuelata facie gloriā domini cōtēplent. Unde: vt Angel⁹ de Claua: in sua suma. Ꝟ. missa. §. viij. dicit: q̄ sine rationabili causa celebraret ꝛ capite cooperto peccaret mortaliter. Secus si ex rationabili causa: ꝓpter verbū temere positū in. d.c. Nullus. — *Missa discooperto capite celebrari debet.*

Istis sic dispositis de quibus in rubro Sacerdos ad altaris gradum accedit nō turpis lucri gratia: vel ex inani gloria: hipocrisi aut qualibet alia intētione corrupta: sed ex diuini amoris desiderio vt tāto bono vniat ꝛ cōmunicet se ꝛ alia ecclesie mēbra. Et quoniā maxime mirabilia sunt nullaꝙ virtute creata perfici possunt/ que acturus sit celebrans: ideo sanctā trinitatē cuius virtute ꝑficiuntur ad sui auxiliū capite discooꝑto inuocat dicens. In nomine patris. ꝛc. Deinde contra tentationes se muniens ꝛ excitās subiūgit. Introibo ad altare dei: scꝫ ad sacrificandum sacrifitiū ꝑfectissimū: idest ad deum scilicet contemplandū ꝛ tractandum.

Intercisentes quoꝙ misse huiusmodi, que legitur, genu flectere debent, a principio usꝙ ad benedictionē post eius finē per celebrantē datam, excepto cum euangelium legitur, ad quod stare debent attēti. In missa vero que cantatur si est de dnica vel de festo, aut de feria inter pascha & festum sancte trinitatis, genua flectunt ad cōfessionē, qua finita stant usꝙ ad adorationē sacramēti, cum celebrās illud ostendit populo adorandū, qua adoratione facta surgunt stantes usꝙ ad finē misse. Si autem missa ipsa cantatur pro defunctis, vel de feria extra tēpus paschale predictū, genuflectunt usꝙ ad finē cōfessionis & ad orations ante Epistolā & in xl. ad vltimū versum tractus. Dne none secūdū peccata nostra. & c. & a dicto per celebrantē, Sanctus. & c. quousꝙ missa cōpleatur ad omnes alias ꝑtes eiusdē misse stare debent, nisi esset locus conueniens sedendi, & tunc posset sedere in missa, que cantatur a dicto kyerie eleyson, & c. per celebrātē usꝙ ad: Gloria in excelsis deo, & ab illo ꝑ eundē dicto usꝙ ad dominus vobiscū ante orationes, & ad Epistolā, & quousꝙ dicatur, Dominus vobiscum: ꝑ euangelio, a dicto: Credo in vnū deum: per celebrantem quousꝙ dicat, Dominus vobiscū, ante offertoriū, & — *Quando intercessentes misse debent genua flectere: ꝛ quando stare vel sedere.*

a dicto per eundē offertorio quousq; incipiat prefationē, & a purificatione celebrātis quousq; dicat dominus vobiscū ante post cōmuniones, ad verba autē, & incarnatus est vsq; & homo factus est, inclusiue in Credo in vnum deū, & in euangelio Ioannis, Et verbum caro factum est, & in Euangelio Mathei, quod in die Epiphanie domini habet & procidētes adorauerunt eū in omni missa, quadicuntur genu flectitur, nec debeat alia offitia vel alias orationes dicere etiā si celebrātem vel latinū non intelligāt, sed deuote attēdere celebrātem & intentionē suā dirigere ad ea, que dicit & facit celebrās & in animo simul cū eo offerre, supplicare, & orare, que ipse celebrās offert, supplicat, orat. Excepto tēpore adoratiōis sacramēti, & infra Canonē dū celebrās secrete orat quo tēpore licet spetialiter orare & pro se, & quos qs voluerit deo cōmendare

> Quod missa in festo de precepto audiri debet.

¶ Ponit modum missam audiendi: quā quilibet Christianus die festo de precepto audire tenetur: vt habetur de Conse. di. j. c. Omnes fideles. ⁊ c. ⁊ hoc vbi dicitur. Et hoc atendendū vt misse peculiares: que per dies solēnes a sacerdotibus fiunt / non ita in publico fiant: vt ꝓpter eas populus a publicis missarū solennibus abstrahatur. Sed sacerdotes: qui in circuitu vrbis / aut in eadē vrbe sunt ⁊ populus: in vnum ad missarū publicam celebrationē cōueniant. Ex quo Canone etiā patet: ꝙ missa in festo: diei festi: est audienda. Unde in. c. Quidā laicorū de cele. missarū reprehenduntur laici / qui missas peculiares seu votiuas in festo audire solent. vbi dicit glo. Non quia malū sit audire tales missas: sed malū est propter talē dimittere: canonice statutas missas de die. Unde ⁊ peccant: nisi sint adeo simplices: ꝙ nesciāt discernere inter missam de offitio vel votiuā: si audiant votiuā in die festo: Sacerdotes etiā publice eas dicentes ⁊ seculares si hoc sciunt discernere: nisi audiant illā de offitio a peccato non excusantur: de quo clarius in Summa Angelica. ℣. ferie. §. xlij. ⁊ xliij. ꝓpter quod: vt videlicet sit discretio inter votiuā seu peculiarē ⁊ missā: que tunc occurrit de feria: aut de festo ꝓprio: Sacris canonibus est cautū: vt Gloria in excelsis: ⁊ Credo: in

> In votiuis gloria in excelsis ⁊ credo regulariter dici non debēt de quibus infra in locis suis.

votiuis nō dicantur: vt habetur in. c. Consiliū de cele: missa exceptis aliquibus votiuis vt infra: deuota tamen consuetudo in his nō reꝓbatur. Ea etiam de causa institutio benefitij: ꝙ quis dicat missam peculiarē seu votiuā quotidie: non obligat: quia hoc non obstante potest ⁊ debet dici diei. d. c. Quidā laijcorū ⁊ de hoc notatur in dicta Sūma. ℣. missa. §. xlv. vbi etiā habes ꝙ institutio beneficij: ꝙ quis celebret omni die nō obligat institutū ad sic celebrandū. Quia: vt dicit Pa. c. Consuluisti de cele. missarū: talis institutio est illicita ⁊ daret materiam peccādi. Nā difficile est: ꝙ quis quolibet die sit ita dispositus: vt missā digne valeat celebrare. Uerū tamen sacerdos increpari nō debet: si quolibet die celebret. Et beatus Aug: tales nō laudat nec vituperat vt in. c. Quotidie de Conse. dist. ij. Et ideo taliter institutus videlicet ad quotidie celebrandū debet accipere interꝑtationē ab

isto textu.c. Significatum de preben: vt scz intelligatur: ꝙ debet celebrare ⁊ tenetur quanto frequētius potest salua honestate sua: ⁊ debita reuerē-tia: ⁊ deuotione ad sacramentū: sine qua etiā in gratia existēs celebrare nō debet: sed potius laudabiliter abstineat. Nec est cōsiliū ecclesie ⁊ sanctorum patrū per sumptionē sacramēti excitare deuotionē: sed per ieiuniū: ele mosinas orationes: ⁊ meditationes deuotas: ⁊ demum ex sūptione Eucharistie feruorē ⁊ gratie expectare complemētū. Predicta tamē intellige si instituens referat se ad institutū: puta dicendo volo ꝙ iste quotidie celebret: vel sic celebret. Secus si referat se ad missā: puta dicendo volo quotidie in tali loco celebrare: vel sic celebrari / quia tunc nō est intentio obligādi sacerdotē ad quotidie celebrandū: sed ꝙ si nolit: aut nequeat: supplcat ꝑ aliū: nec desideratur industria persone: sed quotidiana missa: vt cōiter fit.

Pro clariori intelligentia dictorum. Nota ꝙ ꝓpter missas peculiares (vt dictum est) non debent dimitti: que occurrūt: aut de feria: aut de festo ꝓprio .d.c. Quidam laycorū. Quod intelligunt doctores: quādo in ecclesia non est: nisi vnus sacerdos. Si enim essent plures bene posset ⁊ deberet vnus dicere populo missam occurrentē. ⁊ alius ob deuotionē vel institutionē dicere missam peculiarē seu votiuā: quā si quis in die festo celebrauerit nihilhominus tenet ipse illi⁹ diei. missā secundū modū in rubro positū audire

Circa quod aduerte quatuor ad que omnis Christianus necessario tenetur in die festo. Primū: vt cōteratur vel saltem atteratur de peccato mortali cōmisso: in quo iterū est. Et hoc ꝓbatur: quia de precepto tenemur vacare deo in aliqua hora diei festi secundū omnes doctores: sed hoc facere non potest: qui est in mortali peccato: nisi de eo cōteratur vel saltē atterat. Propterea dicitur Leuitici. xxiij Sabatum requietionis est affligetisq́ animas vestras: ⁊ iterū anima: que nō fuerit afflicta die hoc peribit. Propterea in missa ꝓmittitur confessio: vt sit ammonitio. Secundū est vt audiat diei festi missam integram. c. Omnes fideles ⁊. c. Et hoc ⁊. c. Missas de cōse. dist. j. Quod si ex vero cōtemptu omittatur: vel interpretatiuo est mortale secundū Rich. in quol. j. q. xix. Et vocat cōtemptū interpretatiuū: quādo sine aliqua legitima causa ad nō audiendam missam in festis asuefacit quē sequitur Angelus de Cla. in Sūma ꝟ. ferie. §. xlij. Hoc alij doctores non apꝓbant: quia ista omissio sine causa est mortalis. secundū Archidi: Petrum de palude. ⁊ Panor in. c. j. de vita ⁊ hone: cle: ⁊ pene omnes. Nec requiritur cōtemptus hic ad peccandū mortaliter: quia requiritur in his / que de cōsilio: non in his / que de ꝑcepto sunt: secundū Panor in Rubrica de obser ieiuni in fi ⁊. c. Nam concupiscentiā de consti. ex quibus patet: ꝙ mortaliter peccat: qui hoc preceptum sine rationabili necessitate transgreditur etiā sine contemptu ex sola pigritia. Sed. q. a. Utrum audiens missā dicendo suas orationes satisfaciat dicit Ange. in. ꝟ. Ferie. §. xlvj. quod non Non credit tamen / ꝙ peccet mortaliter: quando ex deuotione facit. dat tamen consilium / vt omittat: quia multo melius faceret. Illū vero non excusat a mortali: qui diceret aliqua: ad que tenetur: puta offitiū quando dicitur missa ⁊ est de precepto: vt audiatur / secus si missa esset de cōsilio audienda / vt in die feriali: vel in festo votiua: si non dimittat missam de die: Quid si nō audit sacerdotē / eam dicentē. Rñdetur ꝙ excusat: quando cōmode audire nō potest: dummō ibi presētialiter existat dirigens suā intē-

Quatuor sunt ad que verus Christianus in festo tenetur.

Audiens missam dicendo orationes suas an satisfaciat.

tionē ad ea/que celebrans ag't. ¶ Tertium est/vt audiat predicationē: si est qui predicet. Sed.q.a.quid magis est ꝑeligēdū in festo an auditio misse an ꝑdicationis cū vtrūq non poteit audiri. Rn̄det Ange in.di. ℣. ferie §.xlv.ꝙ auditio ꝑdicationis/quia ratio legis in hoc magis militat secū= dum:ꝙ ibidē ꝓbat doctor ꝑfatus. ¶ Quartū ad quod tenētur omnes secundū aliquos in diebus festiuis est oblatio:que quando est de ꝑcepto ꝛ quando non. vide Ange:in.℣.Oblatio.§.j. ¶ Item Nota ꝙ missa nō de= bet legi vel audiri:nisi principaliter ob reuerentiā dei:ꝛ sactorū. Nō autem ob aliā deuotionem:puta: vt habeātur diuicie/vel bona fortune/vel me= liores segetes ꝛ huiusmodi/vt dicit Panor in di.c.Quidā laycorum.

Predicatio in festo ma= gis est audi= enda ꝙ missa

Audiēdi mis sam quis sit fi nis.

Celebrans prosequitur.

Iudica me deus ꝛ discerne causā meam de gente nō sancta: ꝛ ab homine iniquo ꝛ doloso erue me.

Minister & interessentes dicunt singulos alios siue secunda rios versus, & ad alia ut infra ponitur respondent

Quia tu es deus fortitudo mea ꝛ quare me repulisti: ꝛ quare tristis incedo dū affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam ꝛ veritatem tuam/ ipsa me deduxerunt ꝛ ad= duxerunt in mōtem sanctū tuū: ꝛ in thabernacula tua.

Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuētutem meam

Confitebor tibi in cythara deus deus meus/quare tristis es ani= ma mea/ ꝛ quare conturbas me.

Spera ī deo qm̄ adhuc cōfitebor illi/salutare vult⁹ mei ꝛ de⁹ me⁹

Celebrans inclinat caput deo dicens.

Gloria patri/ ꝛ spiritui sancto.

Sicut erat in principio ꝛ nūc ꝛ semp/ ꝛ in secula seculorum Amen.

℣. Introibo ad altere dei. ℟. Ad deū qui letificat iuuētutem meam

Celebrans manu dextra producit a fronte ad pectus signū crucis dicens.

℣. Adiutorium nostrum in nomine domini.

℟. Qui fecit celum ꝛ terram.

¶ Sacerdos timens tentationibus quassari/ac per hoc effectum ꝛ fructū huius diuinissimi sacrificij impediri/legit psalmum dicens. Iudica me deus idest secundū iuditium tuū libera me/ discerne causam mee accessionis ad altare: ꝛ separa de gēte nō sancta idest immūda ꝛ terrena que accedit ad al tare qualibet ex causa indebita: cōtaminata mēte ꝛ ꝯscientia. ꝛc. Quo psal mo dicto sacerdos aperta voce repetit Introibo ad altare dei. Rn̄det mi= nister loco totius populi. Ad deū qui letificat iuuentutē meā/idest spiritus inuocationē/per huius sacrificij oblationē ꝓpter quam sacerdos nō solum ꝓ se: sed etiā in persona totius populi habet introire ad altare dei: vnde sub dit. Adiutorium nostrum in nomine domini.

Celebrans caput humiliter deo inclinat dicens

Confiteor deo omnipotẽti: Beate Marie semper virgini: Beato Michaeli archãgelo: Beato Joãni baptiste: sanctis apostolis Petro ꝛ Paulo/ omnibꝰ sanctis ꝛ vobꝫ fratres/ quia peccaui nimis/ cogitatione/ verbo ꝛ opere. Manu dextra ꝑcutit pectus suum interim dicens. Mea culpa: mea culpa: mea maxima culpa. Ideo precor beatã Mariã semꝑ virginẽ/ beatum Michaelẽ archangelũ/ beatũ Joãnem baptistam/ sanctos apostolos petrũ ꝛ paulũ: omnes sanctos/ ꝛ vos fratres orare ꝓ me ad dominũ deum nostrum.

Confiteor celebrantis.

Si est corã summo pontifice, aut cardinale, in ecclesia vel loco sui tituli seu Cardinalatus, aut legato sedis apostolice, vel patriarcha Archiepõ seu episcopo, in eorum ꝓuintia, ciuitate. vel diocesi, cõstitutis nõ alias, stat corã altare remotius, aliquantulũ versus ad ipsũ summũ pontificẽ, Cardinalẽ, legatum patriarchã, Archiepiscopum vel episcopum & obmissa confessione predicta dicit sequẽtem.

Confiteor deo omnipotẽti/ beate Marie semꝑ virgini: beato Michaeli archangelo: beato Joãni baptiste: sanctis apostolis petro ꝛ paulo: omnibus sanctis: ꝛ vobis: pater/ ꝛ fratres: quia peccaui nimis cogitatione: verbo ꝛ opere. Manu dextra ꝑcutit pectus suũ interim dicens: Mea culpa: mea culpa: mea maxima culpa: Ideo ꝓcor beatã Mariam semꝑ virginem/ beatum Michaelem archãgelũ: beatum Joãnem baptistã: sanctos apostolos petrũ ꝛ paulũ omẽs sãctos: ꝛ vos pater ꝛ fratres orare ꝓ me ad dñm deũ nrm.

Sũmus põtifex, Cardinalis, legatus, patriarcha, Archiepiscopꝰ vel Episcopꝰ, ac minister, & inter essẽtes genu flexi dicũt.

Misereatur tui omnipotens deus/ dimissis peccatis tuis/ ꝛ perducat te ad vitam eternam. ℞ Amen.

Subsequenter dicunt idẽ genu flexi celebrante se erigente.

Cõfiteor deo omnipotẽti: beate Marie semꝑ virgini beato Michaeli archãgelo/ beato Joãni baptiste/ sanctis apostolis petro ꝛ paulo/ omĩbus sanctis/ ꝛ tibi pater/ quia peccaui nimis/ cogitatione/ verbo/ ꝛ opere. Manu dextra percutiũt pectus suũ interim dicentes. Mea culpa/ mea culpa/ mea maxima culpa: Ideo precor beatã Mariã semꝑ virginẽ/ beatũ Michaelẽ archangelũ beatũ Joãnem baptistã/ sanctos apostolos petrũ ꝛ paulũ/ omnes sanctos/ ꝛ te pater/ orare ꝓ me ad dominũ deũ nostrũ. Respõdet celebrãs. Misereatur vestri omnipotens deus/ ꝛ dimissis peccatis vestris/ perducat vos ad vitã eternã. ℞ Amẽ. Celebrãs ꝓducẽs manu dextra a fronte ad pectus signũ crucis dicit. Indulgẽtiã: absolutionẽ: ꝛ remissionẽ:

Cõfiteor ministrantis

pctoꝝ nroꝝ tribuat nobꝫ omīps ⁊ misericors dn̄s. ℟. A. Celebrās ītā capite inclinato dicit. ℣. Deꝰ tu cōuersus viuificab nos. ℟. Et plebs tua letabit̄ ī te. ℣. Ostēde nobꝫ dn̄e: misericordiā tuā. ℟. Et salutare tuū da nobꝫ. ℣. Dn̄e exaudi orem meā. ℟. Et clamor meꝰ ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Oremus. Et dicit secrete celebrās. Aufer a nobꝫ qsumꝰ dn̄e cūctas iniqtates nostras/ vt ad scā sācto ꝝ mereamur purꝫ mētibꝰ itroire. Per Christū d.n. A.

Que dici debeant in missa p celebrantē intelligibili voce.

Predicta om̄ia celebrāti ordinata, excepto aufer a nobis. &c̄ dici debent p eum intelligibili voce, ita q ab interessentibus misse intelligibilit̄ audiant, Similit̄ & introitꝰ cū suo psalmo & gloria patri, kyerie eleyson. Gloria in exelsis deo. &c̄. Dominus vobiscum. Oremus flectamus genua leuate, oratiōes pphetię. Epistola. Graduale. Alleluia. Tractus cum suis versibus. Euangeliū. Credo. Dominus vobiscū. Offertoriū. Orate fratres. Per omnia secula seculorū. Prefatio. Sanctus. &c̄. Nobis quoq peccatoribus. Per omnia secula seculorū Pax domini. &c̄ Agnus dei. &c̄. Pax tecū. Domine non sum dignus. Comunio. Dn̄s vobiscū. Oremus, Post cōiones, humiliate capita vestra deo. Dn̄s vobiscū. Ite missa est. Benedicamus domino. Requiescāt in pace. Benedicat vos. &c̄. Omnia alia. que in missa dicuntur, dici debent secrete, ita, q a circūstātibus seu interessentibus misse nō audiatur, dicto aufer a nobis. &c̄. Celebrans ascendit ad medium altaris, coram eo stans, capite inclinato, māibus iunctis sup altare positis, posito pollice dextro sup sinistrū, que ita super altare ponunt, quod digiti parui dūtaxat fronte seu medium anterioris partis tabule seu mense altaris tangāt, residuo manuū inter altare & se retento, quod semper obseruatur cum manus iuncte super altare ponuntur, secrete dicitur.

Quomodo fieri debeat inclinatio capitis ante altare.

Oro te domine vtꝰ p merita sanctoꝝ tuoꝝ: quoꝝ reliquie hic sunt ⁊ omniū sanctoꝝ indulgere digneris omnia peccata nostra. Amē. Osculatur altare in medio manibus extensis, hinc & inde super ipsum altare positis, quod in omni deosculatione altaris ante consecrationem sacramēti obseruatur. Similiter & post consecrationem eiusdem, solo dempto q pollices ab indicibus propterea tunc non disiunguntur.

¶ Ponit modum cōfitendi. Ubi nota q minister Confiteor in singulari.

Sacerdos vero dicit in plurali: Etiā si solum vnus fuerit minister: quia sa-
cerdos confitetur peccata sua in ppria ꝛ singulari persona: Sed minister in
psona totius ecclesie. Et dicitur ter: mea culpa ppter triplex peccatū scilicet
Cordis: oris: ꝛ operis: Pectus tribus vicibus pcutitur: quibus tres ptes
penitentie vel satisfactionis necessarie figurātur. In hac autē cōfessione se
cundum Dr: Ro: nō flectuntur genua: vel ad differētiā scʒ alterius cōfessio
nis sacramētalis: vbi cōmuniter genua flectuntur: vel ad seruandā reueren-
tiā honestatis: vt pote sacris indutus: in quibus non facile debet fieri genu
flexio/ multo tamen plures genua flectunt: quod ꝛ apud nos seruatur/ for-
te ad maiorem humilitatem exprimendā. Ultimo sacerdos ascendēs gradus ꝛ
inclinatus sup altare dicit. Oro te domine. ꝛc. quo dicto osculatur altare
vt deuotionē suā cum Maria Magdalena peccatrice ostendat ad Christū.

¶ Nota ꝙ hac oratione: Oro te domine ꝛc: Completa ꝛ osculato altari iux
ta ritum Romane ecclesie celebrans summā missam cum cantu anteꝗ̄ incipiat
introitū misse: accipiens thuribulū solet incensare altare: representantes: ꝙ
legalis sacerdos ferens sanguinē ꝛ carbones cum thimiamate in thuribu-
lo orans ponebat: donec fumus eū obūbraret: per hoc etiā significatur de-
uotio ꝛ oratio celebrantis ꝛ assistētiū directa ad deū. iuxta illud. Ps. Diri
gatur oratio mea: sicut incensū in conspectu tuo domine. Quod etiā signifi-
catum est in Apocalipsi. c. viij. vbi dicitur. Stetit angelus ante altare habēs
thuribulum in manu sua ꝛ data sunt ei incensa multa/ vt daret de orationi
bus sanctorū/ per thuribulum Christus incarnatus significatur/ cuius bo-
nitas: ꝛ immensa charitas/ per thuribulū plenū igne intelligitur: Habere au
tem thuribulū/ vt incensat moraliter instruit/ ꝙ si quis vult incensū oratio
nis ac deuotionis deo offerre/ thuribulum aureum incarnationis per fidem
debet tenere. ꝛc. de quo in Rationale diuinorum. l. iiij.

De introitu.

Accedit ad cornu sinistrū altaris videlicet Epistole, vbi stās
versus altare, pducens manu dextra a frōte ad pectus signū
crucis, iunctis manibus supra librum positis, ex libro missali
ibidem existente, qui recte inter anteriorē & posteriorem p-
tes altaris poni debet, dicit intelligibili voce introitum misse
cum psalmo, & gloria patri, si est dicendum, deinde repetit
introitum. Si vero legit p defunctis vel alias, gloria patri nō
sit dicēdū, post psalmū, obmisso Gloria patri repetit Introitū

¶ Cōtinuādo autē supradicta: nō de Christi passiōe: sed ad sequētia de ei9
incarnatione. Orationes preuie: significant perfectā ꝛ deuotā orationē be-
ate virginis Marie/ in qua inuenta est ab angelo anteꝗ̄ Christum cōcepit
ꝛ parturiuit/ humilis genu flexio sacerdotis dicentis illā orationē. Introi
bo in domum tuam. ꝛc. Representat exinanitionē/ qua deus semet ipsum ex
inaniuit inclinando celos ꝛ descendit in vterum virginis/ formā serui acci
piens. Lotio manuū puritatem beate virginis/ que Christum concipere ꝛ pa
rere debuit. Assumptio vestimentorum/ nostre humanitatis assumptionē: in
qua premeditatus est/ quibus vestimentis illudi debuit representat/ Cōfes
sio/ quam facit sacerdos ante altare significat Christum in similitudinē car

Alia representatio pmissorum continuando ea ad sequētia

acta in Christum patris filium reducuntur. Et primo ea/que sunt ex par
te sacramenti: ibi. per quem Secundo ex parte personarum in sacramen-
Quarta ps. to operantium:ibi/ ꝑ ipsum. ¶ Quarta pars principalis totius officij mis
se: incipiens ab oratione dominica/ finiens ante Antiphonam post cōmu-
niōem in qua fit cōsecratorū sumptio:subdiuiditur in duas particulas. In
prima preponitur ad sumptionem sacramenti ꝓparatio duplex scilicet Cō
munis ⁊ spetialis. Cōis primo ꝑ orationem dn̄icam/cui premittitur exhor-
tatio/ibi: Oremus: ⁊ ꝓsumptionis excusatio:ibi Preceptis. Secundo ꝑ de
ꝓcationem sacerdotis priuatam.ibi. Libera nos quesumus.⁊c. Tertio per
pacis concupiscentiam. que a sacerdote populo optatur/ibi. Pax domini
⁊ a populo postulatur/ibi. Agnus dei. Similiter ⁊ a sacerdote subiungē-
te orationē:ibi. Dn̄e Jhesu Christe qui dixisti ⁊c. Spetialis que fit ꝑ orati-
ones aliquas spetiales sacerdotis vt cum dicit Domine Jhesu Christe fili
dei viui.⁊c. ⁊ sequētem. vt perceptio corporis tui:⁊c. In secunda particula
fit sacramenti sumptio a sacerdote/qui post ꝓtactas orationes priuatus sa-
cramentum sumit/primo ad manus cum patena premittēs orationē panem
celestē accipiam.⁊c. ¶ Quinta ⁊ vltima pars totius officij misse:in qua red
Quinta ps. ditur gratiarū actio ꝓ sumptorum ꝑceptione/subdiuiditur in tres particu
las. In prima fit accepti beneficij cōmemoratio ⁊ ꝓ eo gratiarum actio ꝑ
antiphonam vel post communionem que cum letitia canitur. In secunda
petitur cōis perfectio:per orationē sacerdotis/que cōplenda dicitur. In
tertia concluditur totius misse consumatio. Et habet tres partes. In pri-
ma sacerdos populum ad redeundū ad ꝓpria licentiat/per verba/ Ite mis
sa est. Secundo oratione se ad deum conuertēs totū officiū concludit ⁊ ter
minat/per verba placeat sancta trinitas. Tertio ⁊ vltimo populum licētia
tum benedicendo sanctificat/per verba benedicat vos omnipotens deus.
Introit⁹ qd Et hec est secundū quosdam diuisio misse/quam sacerdos inchoans:cōplica
affectu dici tis manibus ⁊ sup libro positis Introitum legere incipit desiderando deū
debeat: ⁊ qd patrem: ꝓ Natiuitate filij sui/cum sanctis patribus in lymbo existentibus
eius gestus quicū multis suspirijs gemitibus ⁊ clamoribus eū expectauerunt/⁊ dixe
significet. runt quidā eorū. Emitte agnum domine dominatorē terre. Alij vtinā dirū
peres celos ⁊ descenderes. Et iterum alij/domine inclina celos ⁊ descen
⁊ sic de alijs. Introitus autē (vt dictū est) Christi natiuitatē representat
Manuum complicatio in libro positorum significat. Quando gloriosissima
virgo Maria Christum natum se reclinans de loco vbi natus est: leuauit
⁊ dulciter amplectens posuit in gremio deniq pannis inuolutū locauit in
presepio/vbi ⁊ bos ⁊ asinus posuerunt/tanq sacerdos manus in libro/ora
in presepio: flantes ꝑ nares ac si ratione vtentes cognoscerent ꝙ puer sic
pauꝑrime contectus calefactione tanti frigoris indigebat. vt inquit Bona
uē/in de vita Christi. Vn̄ dicitur Esaye primo. Cognouit bos possessorē su
um ⁊ asinus presepe domini sui. Versus. Vero immensū desiderium gemitū
De versu qd ⁊ clamorem sanctorum patrum: Aduentum Christi desiderantiū:iam esse cō
significet. pletum/⁊ versum in gaudiū significat. Gloria patri.⁊c. Dicitur toti trini-
Gloria patri tati/quia tota trinitas opata est incarnationem Christi. In missa autē pro
defunctis ⁊ de passione domini: Gloria patri.⁊c. non dicitur/ Quia tunc
ecclesia ꝑ cōpassionem agit luctus non gaudij offitiū/ Gloria autē ad gau
dium ⁊ exultationem ꝑtinet. Introitus autē ideo repetitur/quia tam pco

cedentes scz patriarche et pphete/ qui sequentes scz apostoli/ et alij sunt cõcordes de fide Christi nati.

Introit⁹ cum repetitur.

Postea manib⁹ ãte pectus iũctis, accedit ad mediũ altaris, vbi stãs versus ad illud, manibus vt supra, iũctis dicit voce simili.

Kyerie eleyson. Minister. Kyrie eleyson.
Kyerie eleyson. Minister. Xpe eleyson.
Xpe eleyson. Minister Xpe eleyson.
Kyerie eleyson. Minister. Kyrie eleyson.
Kyerie eleyson.

Si minister vel interessentes celebranti non respondeant, celebrans ipse solus omnia dicit.

¶ Nũc cõsequẽter inuocam⁹ puerũ natũ misericordiã ab eo petẽtes: puer enim cito rẽittũt offẽsas et cito dãt etiã qcũqz magna et pciosa: dicẽtes nõies Kyerie eleyson. etc. q bina sũt vocabula et greca: latie pcantia: dñe miserere In qbusdã ante festis statim post vltimũ Kyerie eleyson/ addit ymas qd verbu grecũ: significat latine nobis. Et quia nos p peccatũ triplicẽ incidim⁹ miseriã scz subiectionẽ seruituti s peccati. Quia qui facit peccatũ seru⁹ est peccati vt dicitur Joãnis viij. Et sic clamamus dñe miserere. Secũdo Incidimus paupertatẽ boni gratuitus. Trenoz. iij. Ego vir vidẽs paupertatẽ meã sup quo iterũ clamamus dñe miserere. Tertio incidimus cõculcationẽ a demonibus vilissimis. Trenoz v. serui dominati sunt nostri. Ps. Conculcauerunt me inimici mei tota die: et sic tertio clamamus dñe miserere. postea ter Christe eleyson: et iterũ ter Kyerie eleyson resumitur. Itaqz nonies simul replicatur/ quia ecclesia nõ modo de pdictis misericordiã expostulat sed pcipue clamat petendo misericordiã a deo de nouẽ generibus peccatorũ. est enim peccatũ Cogitationis: locutionis operis. Item peccatũ Veniale: Mortale/ et Originale. Item peccatũ malignitatis: seu in spiritũ sanctũ fragilitatis/ vel per impotentiã resistendi seu peccatũ in patrẽ. peccatũ p ignorantiã seu in filiũ/ cui sapiẽtia appriatur. Quia ergo nouẽ modis peccando excedimus. Rationabile est: vt nonies misericordiã dñi imploremus Et dicit ante mediũ altaris ad representãdũ qz dũ medium silentiũ tenerẽt omnia/ natus est in medio/ idest p omnibus Messias/ quẽ pphete pdixerant. ¶ Et hec autẽ diuine misericordie postulatoria oratio ex nomine et verbo cõnexa a grecis primũ sumpta/ etiam apud latinos greco sermone pfertur/ ut omnis lingua cõfiteatur deo: et eius depromat laudem: et caueat ne he bine dictiones videlicet Kyerie eleyson pro vna corrupte dicantur/ sunt enim gemine dictiones/ ideo semper diuisum atqz seperatim scribende et pferende. Similiter et Christe eleyson duas esse voces quis sane mentis dubitet. Abusus ergo est: et error vetustus et intollerabilis illorũ/ qui has voces binas pro vna corrupte videlicet Kyerieleyson proferunt et ideo prorsus elimandus est et explodendus.

Tum in eodem loco stans manibus iunctis ante pectus, voce predicta dicit si sit dicendum.

Gloria in excellis deo. Quod dicendo continuo manus ext

dit, & iterũ iũgit ãte pect⁹, & caput deo iclinat, q̃ ibidẽ ꝑ ipsũ dicto, iũctis manib⁹ vt pri⁹, i eodẽ loco ac eodẽ mõ stãs ꝓseqt

Et in terra pax hominibus bone voluntatis.

Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi. Quod dicendo caput deo inclinat ꝛ ꝓsequit propter magnam gloriã tuã. Domine deus rex celestis: deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Jhesu Christe. Caput deo inclinando. Spiritus ꝛ alme orphanorũ paraclite. Domine deus agnus dei filius patris. Primo genitus Marie virginis matris. Qui toll pctã mũdi miserere nob. Qui tollis pctã mũdi suscipe deꝑcationẽ nostrã. Quod dicẽs caput deo iclinat. Ad marie gloriã Qui sedes ad dexterã patr miserere nob. Quoniã tu sol⁹ sanct⁹. Mariã sanctificãs. Tu solus dñs Mariã gubernãs. Tu sol⁹ altissim⁹. Mariã coronãs. Jhesu Christe. Caput deo inclinãs. Cum sancto spiritu Quod dicendo seipsum signat/manu dextra signo crucis a frõte ad pectus interim perficiẽs. In gloria dei patris A.

Mñdo Gloria i excelsis dicit ꝛ quãdo nõ.

Textus in rubro positus dicitur tantum in missis beate Marie virginis tam festiuis & eorum octauis, etiã si infra ipsam octauam de dominica vel aliquo alio festo agatur, q̃ votiuis eiusdem ex consuetudine tantum, quia in quibusuis missis votiuis, quocũq; tempore regulariter non dicitur Gloria in excelsis deo, exceptis votiuis beate marie virginis, & angelorũ pͤo q angeli hunc hymnũ primitus decantarũt. Si infra hebdomadã in aduentu dicitur offitium misse dominice, nõ dicitur in ea Gloria in excelsis deo, nec in missis defunctorũ quocũq; tempore, nec in missis de tempore a dominica. lxx. inclusiue, vsq; ad diem Iouissancte exclusiue, dicit autẽ quãdo extra aduentũ infra hebdomadã missa dominicę preterite celebratur, dicitur etiã Gloria in excelsis deo in missis offitij singulorum dierum in, quo dictum est in matutinis Te deum lauda⁹, & nõ alias, nisi die Iouissãcta quæ cena dñi appellatur, & sabato sancto in quibus etiã Gloria, huiusmõi in missa dicitur, licet Te deum laudamus. &c. in matutinis non habeatur & secunda: & tertia. & quarta ferijs quæ rogationũ seu letaniarũ minorum nucupantur, ante festũ Ascensionis dñi Gloria in excelsis deo in missis dierũ earundẽ nõ dicitur licet in matutinis Te deum laudamus habeatur, dicitur autẽ

in missa eisdem diebus si de festo missa celebratur.

¶ Sacerdos Gloria in excelsis deo dicēs typū gerit angeli: qui in natiuitate dñi pastorib⁹ dixit. Anūtio vobis gaudiū magnū: quod erit omni populo Luce. ij. Et cum dicit deo caput inclinat ⁊ manus extensas iungit ad laudem ⁊ gloriam eius: qui factus est mediator dei ⁊ hominū/ ⁊ inuentus est in medio duorū animalium oriens ex alto. Uel quia tunc humana natura q̄ multū erat per peccatum depressa/ est extensa ⁊ eleuata ⁊ iuncta deo/ Chorus vero: si missa canitur/ postea rñdens ⁊ ꝓsequens gerit personā multitudinis/ quia dicitur Luce vbi supa/ facta est cum angelo multitudo celestis exercitus laudantium ⁊ dicentiū. Gloria in excelsis deo ⁊ in terra pax hominibus. Et venerunt pastores ⁊ inuenerūt Mariam ⁊ Joseph ⁊ infantē positum in presepio ⁊ reuersi glorificauerūt ⁊ laudauerūt deum/ quod nos etiam facimus dicentes eidem puero: eo ꝙ incarnatus sit/ laudamus te ⁊ glorificamus. ⁊c. Et dicitur ideo in medio altaris quia (vt dictum est) ad laudē ⁊ gloriam eius/ qui est mediator dei ⁊ hominū. Representans etiam. quia angelus Christi natiuitatē pastoribus anuntians stetit in medio eorū.

Gloria in excelsis quare ante mediū altaris dicit.

¶ Signū autē crucis/ quod sacerdos Gloria in excelsis concludēdo sup se facit/ representat. Circumcisionē Christi/ in qua pmum ꝑciosissimū suū sanguinem ꝓ nobis peccatoribus effundere cepit/ acerrimā incisionē corporis sui sustinendo/ vel ꝙ impletum sit illud. Esaye ix. Factus est principatus super humerum eius baiulando sibi crucē etiam a pueritia in mente vel in exteriori conuersatione/ ꝑ quam aereas ꝑtātes debellauit ⁊ celū potenter intrauit.

Cruce signū quo concludendo gloria i excelsis se sacerdos signat: quid significat.

¶ Sed quereret aliquis primo Gloria in excelsis tempore aduentus quare nō cantatur. Respondetur vt cū maiori reuerentia/ leticia ⁊ deuotiōe in natali: quādo primo cantatū est. cātet. Nā: que ꝑ interruptionē dicuntur maiorem feruorē habere solent. Et ad figurandum afflictionē sanctorū patrū ex longa expectatione incarnationis Christi. Spes enim que differtur affligit animā: ꝓuerbiorū xiij. dicitur tamen alleluia ꝓpter certitudinem ꝓmissi: que: ex alia parte letitiā generat: vel etiā ꝓpter duplicem aduentum/ quorum vnus est iocundus in carnem. Alius dolorosus ad iuditiū Ideo quedā/ que gaudij sunt dicuntur/ quedam vero omitūtur.

Quare Gloria inexcelsis tempore aduētus nō dicitur.

¶ Secūdo quare in die innocentū nec Gloria/ nec alleluia dicitur: cū tamē in octaua dicant. Rñdetur Quia innocenter occisi sunt ꝓpter Christū/ qui ab herode inique fuit inter eos quesitus ad perdēdū nō ad glorificandū: Ideo ad compatiendum eis ⁊ etiam paruulo Christo nato ab infantia tam cito persecuto/ ⁊ in Egiptum fugato nō cantatur Gloria inexcelsis. Et quia nō statim venerunt ad paradisum sed descenderūt ad limbū patrum/ ideo nō cantatur alleluia: in octaua tamen cantatur/ quia hec significat resurrectionem futuram ad gloriam.

In die Innocentū quare non dicitur.

¶ Tertio quare a Septuagesima vsqꝫ ad pasca nō cantatur Gloria in excelsis/ nec alleluia. Rñdetur/ Quia tūc ecclesia recolit miseriam humani generis: quam incurrit ex transgressione primorum parentum/ qua impedita fuit reparatio ruinę angelice ⁊ amissio facta bonorum gratię ⁊ glorię. Ideo ꝓ horū memoria filijs suis imprimēda ad cautelam futurorū deponit hymnum angelicū: qui ⁊ hymnus gratię dicit: ⁊ cāticum glorię Alleluia. ad pasca autē ꝓ maiori gratiarum actione excitanda quia tunc hec per Christum sunt restituta. In die tamē cene dicitur ꝓpter priuilegium ⁊ celebritatē singularē ratione institutionis diuinissimi sacra-

A lxx. vsqꝫ ad pasca non dicitur.

menti illo die facti. Et in sabbato sancte pasche/quia illud offitiū misse pertinet ad diem sequētem pasche. ¶ Quarto cur in missis votiuis dici nō debet. R̄ndet textus .c. Consiliū de cele. missarum/vt videlicet sit differentia inter festum et cōmemorationē: exceptis votiuis beate Marie virginis, et angelo:ū: vt hic dicitur: et hoc ꝓpter specialia ꝓuilegia. Prosa etiam: que quādam solennitatē festi denotat in missis votiuis omitti potest/quia misse votiue non publice et solenniter/sed ꝑuatim dici debent/vt dicit textus in .c. Et hoc attendendum de Conse. dis. j.

In missis votiuis qre non dicitur.

¶ Tropologice vero introitus: significat introitū Christi in mētem per gratiam tūc intime et ex toto corde desiderandus/quod cum factum fuerit: vertitur et mutatur quis in virum alterum. Ideo sequitur versus: deinde Introitus. Repetitur ꝑ quod docemur: vt introeuntes: corde desideremus gratiā subsequentē sine qua gratia ꝑueniēs nihil ꝓdesset. Non enim qui ceperit: sed qui ꝑseuerauerit hic saluus erit: Un̄ et misericordiā eius petimus per Kyerie eleyson nonies/qua indigemus (vt supra dictum est) Et vt laus nostra cōsotietur laudi angelorum per nouem choros eorū. Sed qui vult cum angelis in futuro deum laudare oportet in ꝑn̄ti: vt cum ipsis incipiat non querens que sua sunt: sed que Jhesu Christi/et que aliorū. Ideo sequitur gloria in excelsis deo: et in terra pax hominibus/quod concludēs facit: Signum crucis significans ꝙ Christo semper cōfixus debet esse sacerdos in cruce carnem suam mortificando.

Quo ibidē per ipsum cōplecto, vel si non sit dicendū illo obmisso, si legenda est ꝓphetia, dicto Kyerie eleyson, Celebrās reuertitur ad cornu epistole, vbi stans ante librū extendit & iungit manus ante pectus dicens eadem voce.

Quando dicitur flectamus genua.

Oremus. Tum iunctis manibus subiungit simili voce,

Flectamus genua. Et ibidem rursus vt stabat manibus extēsis hinc & inde super altare positis vt se ad ipsum altare sustineat, quod in omni genuflexione ante altare fieri cōsueuit, excepto a cōsecratione vsq; ad ablutionem digitorum post cōionem, quo tēpore annulares & paruos digitos dūtaxat extendit, dum ad altare se sustinens genu flectit, & sine mora dicit eadem voce.

Quando celebrans se sustinet cū genu flectit.

Leuate. Surgit & stans ibidē manibus extensis ante pectus intelligibili voce dicit orationē in missali ordinatam, cum sua cōclusione, ad quam iungit manus & orationē perficit. Extensio autē manuū ita fit, ꝙ vna manus aliam respicit digitis nō disiunctis, quorū sūmitas altitudinem humerorū non trāscendat, & eorū distantiam nō excedat, quod in omni extensione manuum ante pectus obseruatur, deinde manibus iūctis vel disiunctis ꝓut sibi magis placet super librū vel altare

Qualiter extensio manuū āte pectus fieri debeat.

positis, legit ꝓphetiam qua finita minister dicit. Deo gratias Tum celebrans stans eodẽmodo legit ibidem Graduale, & si plures ꝓphetie sunt dicende, ante singulas ꝓphetias dicit: Oremus flectamus genua leuate & facit, ac minister in fine singularum dicit. deo gratias, ꝑut de prima dictũ est, nisi missale aliter contineat, prout in diebus veneris sanctę & Sabbati sancti. In vigilia autẽ penthecostes & diebus mercurii ac sabbati penthecosten immediatę sequẽtibus non dicitur Flectamus genua, leuate, ꝑut etiã in missali ordinat. Dicto graduali post ꝓphetiã, vel si nõ sit legenda ꝓphetia aliis, vt ꝑmittitur dictis celebrans stans ante mediũ altaris, manibus hinc & inde desuꝑ positis illud osculatur in medio, tũ iunctis ãte pectus manibus, demissis oculis ad terrã, ad manum sinistram hoc est ad latus dextrũ vertit se ad populum, & dicit voce ꝑdicta. **Dñs vobiscum:** Quod dicendo extendit & iungit manus ante pectus digitis tamen non disiunctis. ℟. **Et cum spiritu tuo.** Tum iunctis vt prius manibus reuertitur ꝑ eandẽ viam ad medium altaris, & facta ibidem cruci reuerentia, accedit ad librum vbi dicit voce simili.

Oremus. Quod dicendo extendit & iungit manus ante pectus, & caput deo inclinat, tum extensis manibus ãte pectus eadem voce dicit ibidem orationẽ diei cõuenientem vsq; ad **Per dominũ nostrum.** Vel aliam conclusionẽ, quam dicẽdo iungit manus ante pectus, & sic tenet eas vsq; ad finẽ orationis, quam cum sua cõclusione ante librum perficit. & dicendo, **Ihesum Christum filium tuum.** Et quotienscunq; hoc nomẽ Ihesus nominat caput deo inclinat. Conuenit etiã ꝙ cum nomen gloriose virginis Marie nominatur caput ei inclinetur, & si sunt plures orationes dicende idem in eis, in voce, extensione & iunctione manuum & capitis inclinatione, quod supra dictum est obseruatur, sed ante primam tantum orationem ex pluribus huiusmodi dicitur Oremus & sub cõclusione vltime orationis omnes terminatur. Aduertẽdũ ꝙ si altare est versum ad populũ, & in eo celebrans stat facie populo versa nõ se vertit aliter, cum dicturus est Dñs vobiscum ante orationẽ. Sed osculato altari stans ad populũ vers-

Quod oremus & omnes orationes & post cõiones cũ suis conclusionib⁹ vsq; ad cartã finẽ dicũtur ãte librũ.

Quod ad nomina Ihesus & Maria caput inclinat.

Si altare est versum poplo celebrãte nõ vertit cũ populo alloquit vel cũ ei benedicit.

Modus ordinarius.

Quod celebrans adorate fratres & populi bñdictionẽ dõitagat; circulũ pficit.

sus vt erat dicit. dñs vobiscũ Idem obseruatur admonitionẽ, Orate fratres, &c. Dñs vobiscũ ãte offertoriũ ac ãte & post cõionem, Ite missa est, & benedictionem populi si est danda Cum autẽ in alio altari se vertit ad populũ bis tantũ videlicet ad orate fratres, & cum in fine populo benedicit circulũ perficit, alijs vicibus semicirculo facto ad eandẽ manum, ad quã se populo verterat ad mediũ altaris se cõuertit. Sciendum q̄ ecclesia Romana in festis duplicibus, vna tantum oratione vtitur, nisi festũ ipsum extra aduentũ & quadragesimam in dñica venerit cuius offitium in alium diem illius hebdomadæ trãsferri, & de qua sit cõemoratio fatienda, & tunc oratione festi sub sua conclusione dicta, dicitur alia de ipsa dominica tantum etiã sub sua conclusione nisi sit infra aliquã octauã de qua sit agenda cõmemoratio tunc cõmemoratio octauæ subiungitur cõmemorationi dñice, & sub conclusione orationis octaue ambe ipse orationes cõcluduntur, Si vero in aduentu vel. xl, huiusmodi festũ in dñica venerit festum ipsum trãsfertur in diem sequentẽ in qua similiter ex quocũ q̄ die tũc huiusmodi festum venerit, dicta oratione festi sub sua conclusione dicitur alia oratio de feria siue de tempore etiam sub sua conclusione, nisi sit infra octauam de qua venit cõmemoratio habenda, quia tunc dicta oratione de festo huiusmõi sub sua cõclusione, subiungitur oratio octauæ. quã sequit̃ oratio de feria, siue de tẽpore, sub cui⁹ cõclusione ãbe terminantur. Nec vnq̃ cum prima oratione missæ concluditur secunda oratio, nisi in collatione ordinum consecratione Episcoporum, virginum, Ecclesiarum, & altarium, benedictione abbatum, abbatissarum, & cimiterij benedictione & consecratione Regum & reginarum. ¶ In dominicis vero & alijs festiuis ac feriatis diebus, etiam in aduentu & in. xl, tres orationes dicuntur, exceptis festo sanctorum innocentum, & ipsum sequẽtibus diebus, vsq̄ ad diem sancti siluestri inclusiue, & alijs diebus quibus in missali conmemorationes habende specificantur, in quibus dicuntur orationes ibidem ordinate. Et si de sanctis orationes huiusmoi sunt dicende debet post primã orationem, in alijs ordo letaniarum obser-

Quod & q̄ ordine dicũtur orationes siue collecte.

uari, scilicet de sancta trinitate, vel de spiritu sancto, aut de sancta cruce, seu de beata virgine, si de eorũ altero cõmemoratio veniat agenda sit, prima sequat̃ de apostolis, deinde de martiribus, confessoribus, Virginibus respectiue, & sic de alijs de quibus erit agendum, nisi esset infra aliquã octauã, quia tunc oratio de octaua haberet primum locũ post primã orationem, extra tamẽ diem dñicam, Si vero orationes de pace Contra paganos, ꝓ papa, ꝓ benefactoribus, ꝓ seipso, vel similes, celebrans sit dicturus quibus omnibus orationes de sanctis sunt ꝓponende, vtatur discretione in huiusmodi ꝓponendo & postponendo orationes, ꝓut magis conueniat non tamen licet sacerdoti coram p̃lato suo, aut principe vel domino temporali celebranti orationẽ ꝓ seipso dicere, cõuenit autem dum celebrat in priuato: Si in vigilijs festorum, & alijs diebus de quibus sunt ꝓprie missæ ordinatæ, vel in quibus horæ Canonice dicuntur de alio, quã ordinariũ officiũ illius diei requirit celebratur alia missa quam de vigilia, vel die currente, debet in missa hmoi de ipsa vigilia siue die cõmemoratio haberi, & orationi vigiliæ siue diei addi alia oratio conueniens, nisi esset infra aliquã octauã, de qua ageret Quia tunc prius fieret comemoratio de octaua deinde de vigilia siue die huiusmodi. Quãdo autẽ missa dicitur de vigilia & horæ Canonice dicunt̃ de festo vel sancto, in ipsa missa post dictam orationem vigilie sub sua cõclusione dicitur oratio de festo vel sancto predicto, cui additur alia oratio cõueniẽs. Idem obseruat̃ si in .xl. agitur de festo simplici quod nõ habet ꝓpriam missam etiam si habeat ꝓpriã orationẽ cum secreta & post cõmunionẽ, & missa celebratur de die currẽte .xl. post conclusionẽ orationis ordinarie huiusmõi, dicitur oratio de dicto festo, cui alia oratio conueniens adiungitur: Si concurrãt eadẽ die duo festa agitur de digniore eorũ aut si sunt paria, de eo quod habet plura de ꝓprio, de alio autem nõ fit cõmemoratio sed transfertur in aliũ diem quo agi possit de eo cõuenienter. Et si in dñica vel infra aliquã octauã venerit festum, cui dñica vel octaua nõ cedit, etiam nõ fit de hmõi festo cõmemoratio, sed transfert̃ in aliũ diem extra do

minicam & octauā hmōi, quo non habetur aliud festum, & tunc de ipso agitur.

Cōtrariū hic i diocesi cra cǭ seruatur: nā festa secūda feria, ocurrētia vigilias suas explēt die dñico in secūdo loco quantū at suū offitiū

Et si festum vigiliam habens venerit secunda feria, vigilia & offitium vigilię hmōi agitur in die sabbati præcedentis & non in dominica, siue p integrum offitiū siue p cōmemorationem vt p̄diximus cōueniat fagi. Si quarta feria vel sabbato quorūcunq; quatuor temporū, aut alia quacūq; die, qua in missa ante Epistolā habetur pphetia, dicitur in missa de aliq sancto, vel votiua, aut alia, in qua feriæ huiusmodi currentis cōmemoratio sit fatiēda, prima oratio, quę post introitū missæ illius feriæ posita est, dicit p eiusdem feriæ cōmemoratione. In ecclesiis in quibus sunt plures sacerdotes beneficiati, si in xl. aut dñicis, vel aliis diebus, in quibus habetur ppria missa, que non potest in aliū diem transferri, dicenda sit missa de festo currēte, vnus sacerdotum eorūdem dicit missam de dñica vel feria, seu aliā ppriā illius diei ordine solito, alius de festo absq; aliqua cōmemoratione. In ceteris autē ecclesiis vnicū sacerdotē habentibus, in quibus in missis festorū de dñica vel feria seu die alias pprium offitiū habentem cōmemoratio debet haberi vt supra diximus. Cōuenit q sacerdos qui missam celebrauit dicto per eū post benedictionē in fine missæ dato Euangelio sancti Ioānis, deposita casula stans in cornu epistolæ versus ad altare legat ex missali offitium pprie missæ illius diei, excepta secreta quā non legit & ante orationē & post cōionem nō dicit dominus vobiscū neq; oremus sed eas legit absolute. Similiter ad euangelium omittit dñs vobiscū, & incipit, sequentia sancti. &c. put etiā dicemus infra de missa sicca. Quādo autē offitiū missę dñicalis pōt conuenienter in aliū diem illius hebdomade transferri, put fieri cōiter potest, de officiis dñicarum extra aduētum. lxx. lx. & xl. debet dici offitiū missæ festi, eo die quo occurrit absq; cō memoratione dñice, & infra hebdomadam tunc currentem missa officii dñicę hmōi celebrari.

In missa votiua quo ordine orationes dici debent.

¶ In missa votiua dicta oratione ordinaria sub cōclusione sua subiungi potest alia de feria, aut de festo, vel de sanctis, de quibus illa die agitur, & eidem addi alia ipsi & ipsi missæ conueniēs vel cōueuienter

oms cōmemorationes pretermitti. ¶ Si nō celebrat p defunctis sed velit p aliquo defuncto, vel pluribus orare, ponit orationē ipsam p defunctis hmōi, ante vltimā, ita q oratio p defunctis nō cōcludat, sed sub vltime orationis cōclusione cōcludat. ¶ Si vero celebrat p defunctis in die exequiarū vna tantū oratio dici consueuit. In tertio autē, vij, xxx, & anniuersario diebus, ac alijs missis p defunctis, prima oratione sub sua cōclusione terminata possunt alie due orationes addi p defunctis que sub vltime cōclusione terminantur, & cōuenit q ipsa vltima oratio hmōi sit generalis p omnibus fidelibus defunctis, videlicet. Fideliū deus omnium. &c. In ipsa quoq missa defunctorum oratio de sanctis, vel feria, aut alia q p defunctis dici non debet.

Quod in missa p defunctis oratio alia q p defunctis dici non debet.

¶ Angelico hymno finito: sacerdos osculatur mediū altaris quod semper facere debet: quotiens se ad populū vertit / ad significandū se esse mediatorem recōciliationis & pacis in persona Christi iuxta illud: j. ad Thesal. vltimo. Salutate fratres oms in osculo sancto. Postq autē se verterit ad populum dicit dns vobiscū: Anuntiando populo / q dominus sit cum eis per incarnationem Christi / qui eis pmissus est olim in pphetis / & resalutatur a populo vel ministro loco populi / & cum spiritu tuo / scilicet sit dominus. Et dicitur spiritu: Quia sacerdos nihil sentiens de corpore totus debet esse in spū & apparere tanq stella trium regum virtutibus & sancta vita corruscans & regem regum adesse demonstrans. Representat enim primā apparitionem Christi. que facta est gentibus in stelle apparitione. Sic q reuersus dicit / oremus scz sil in vnum vos mecū / & ego vobiscum: vt quod petimus facilius impetremus: Quod dicendo caput inclinat: significans / q tres reges pcidentes adorauerūt puerū Jhesum in diuersorio in gremio matris. ¶ Demu dicit Collectam a colligendo dictam / quia colligit vota & orationes populi que sacerdos (qui fungitur legatione populi) offert Christo regi nato Thobie xij. Quando orabas cū lacrimis ego orationē tuā obtuli dno. hec ait Angelus sz sacerdos āgel⁹ exercituū dnī dicit Malachie. ij. Et cōiter sub nāro ternario collecte dicūtur ad representandū / q tres reges obtulerūt tria munera Christo paruulo scz Aurū Thus & mirrā: ita & nos debemus illi offerre cū memoria prime collecte aurū dilectionis & amoris feruētis de fide rh ad deū. Cū secunda deuotā orationē instar thuris ex ignito fumo cordis ad deum descendentē. Ps. Dirigatur oratio mea: sicut incensū in conspectu tuo. Cum tertia vero mirram idest dnice memoriam passionis. Non tamē necesse est: vt semper tres dicantur collecte: aliquādo enim vna dicitur ordinaria / vt in solennitatibus: & aliquando due: vel plures / secundum exigentiam temporis vel voluntatē votiuā celebrantis / vt hic in rubro patet. Nam legens votiuā potest vnā collectam ordinariam idest misse quā legit cōuenientē / dicere & bene. Hoc enim institutio antiqua offitiorū exigere videtur: vt sicut ad vnam missam: vnā tantū epistolā & euangelium

Collecta vnde dicit & quot dici possunt.

legimus. Item vnum introitū: imo vnum officiū dicimus: sic & vnā collectā
dicere deberemus. sed hec iam pauci obseruant imo plures intantū oratio
nes multiplicant: vt auditores sibi ingratos efficiant: & populum dei poti-
us auertant: ꝙ ad sacrificiū alliciant/ hoc autē sapientioribus multum dis
plicet/ ꝗ̄ & si aliquando antiquam traditionem alijs morem gerendo exce
dant/ in ipsa tamen sua excessione modum tenere solent. Concluditur autē
vt in plurimū ꝑ dn̄m nostrum Jhesum Christum. &c. Quia Joannis xv. di-
citur. Quidquid petieritis patrem/ in nomine meo hoc faciatis. In merito
enim eius exaudimur/ & nō in merito nostro. Ideo maxime sit attentus sa-
cerdos nominando hoc dulce nomen Jhesus/ recolens ꝙ iuxta aposto-
lum nullus sit dignus nominare ipsum/ nisi in spiritu sancto. ¶ Sane sa-
cerdos dum orat ad cornu versus austrum consistit altaris. Juxta illud
Exodi. xxx. Deprecabitur Aaron sup cornu altaris & placabitur sup eo in
generationibus vestris. in hoc & illud signans quod fuerat ꝓphetatum de
us ab austro veniet. Christus enim iudeos docuit ad quos a patre luminū
missus fuit: quia austrum iudeos/ aquilo gentiles figurat/ insuper letitia
per austrum/ tristitia vero ꝑ aquilonem designatur/ idcirco ad australe cor
nu altaris primū accedit: vt gaudium dn̄ice natiuitatis & iudeis Christum
prius predicasse ostendat. Deinde dicturus euangelium ad cornu versus
aquilonem conuertitur: vt tristitiam passionis insinuet: vel quia a iudeis cō
uersus est christus ad paganos/ sed iterum reddit ad austrum vt gaudiū re
surrectionis & ascensionis annūciet/ & ꝙ in fine seculi iterū fides Christi con
uertetur ad iudeos figurat. ¶ Et aduerte/ ꝙ exortatio per oremus/ &
omnes collecte seu orationes & post cōmuniones cū suis conclusionibus vs
ꝙ ad eorū finem dici debent ante librū/ vt sic inter exhortationē seu insi-
nuationem & orationem (vt dicit Rationale) nullus alius actus interpo-
natur/ & vt ibi precedat orandi insinuatio vbi mox subsequi ipsa oratio & po
puli/ debet esse intentio. ¶ Pro conclusione autem orationū nota regu-

De conclusionibus orationum.

lam/ ꝙ si petitio fiat a patre concluditur Per dn̄m nostrum &c. Si vero a fi
lio concluditur Qui viuis & regnas/ & si fiat ibi mentio de patre/ tūc dicit̄/
Qui cū eodē deo patre &c. Si autē mentio fiat de filio in oratione/ que ad
patrē dirigit̄: & hoc est/ vel in principio/ vt ibi/ Deus: qui in filij tui humili
tate iacentē. &c. Et tūc concludit̄ ꝑ eūdem &c. Uel in orationis fine: vt ibi
Respice quesumus dn̄e sup hāc familiā tuā. &c. & tūc concludit̄. Qui tecū viuit:
&c. Si autē ad totā trinitatē sermo dirigatur/ tūc dicitur in fine per dn̄m: si
ue ꝑ eundem dn̄m nostrū: &c. & eiusdem spūssancti. &c. vel dicitur per Chri
stum dn̄m nostrum Amen: quod succedit in orationibus in locum ꝑ dn̄m no
strum: causa breuitatis/ vt in illa oratione canonis. Suscipe sancta trinitas
& in illa: que dicitur in fine misse. Placeat tibi sancta trinitas/ que cōcludi
tur per Christum dominum nostrū Et sic patet/ quid dicendū sit de cōclu-
sione illius orationis. Fidelium deus cōditor/ que dicitur ad trinitatem: To
ta namque trinitas cōditor: & redemptor est/ licet Christus sit ꝓprie redem-
ptor/ vt dicit Rationale. Uel possumus dicere secundum quosdam: ꝙ pre-
fata oratio. videlicet: Fideliū deus: potest concludi dupliciter. Primo ca-
piendo redemptor auctoritatiue: tunc concluditur per dominū nostrū Jhe
sum Christum. Secundo capiendo redemptor administratiue: tunc cōcludit̄
Qui viuis ac regnas additur/ in orationum cōclusionibus/ in vnitate spi-

ritus sancti deus. Quia spūs sanctus est vnitas patris: ⁊ filij amor: ⁊ conexio vtriusq;. Si ergo fit mentio in oratione de spiritu sancto / ⁊ tunc debet concludi in vnitate eiusdem spiritus sancti deus: subiungendo / per omnia secula seculorū / idest eternaliter / que particula ponitur ꝓpter luciferanos hereticos: qui dicunt luciferum adhuc regnaturum ⁊ ad sedem Christi collocaturum. Populus respondet vel minister loco populi. Amen: idest fiat ¶ Sed. q. a. Cur aliquādo oratio non dirigitur ad spiritū sanctum: sicut ad patrem: ⁊ ad filiū: ex quo sit equalis patri ⁊ filio. Rñdetur. quia spiritus sanctus est donum / siue habet rationē doni: secundum illud saluatoris: Paracletus aūt spiritus: quē mittet pater in nomine meo ⁊c. a dono aūt nō petitur donū / sed a largitore doni: ¶ Item. q. a. Quare in missa nō pro defunctis: collecta ꝓ defunctis: in fine poni nō debet. Rñdet: qꝛ finis debet ad suū principiū retorqueri. Nec in missa ꝓ defunctis collecta nō ꝓ defunctis poni debet ad innuendum ꝙ defuncti iuuare nequeūt viuētes in hac vita nec etiam implorare viuentes eterna vita licet ipsi iuuari valeant ab vtrisq; / vt dicit rationale. Ideo etiam collecta ꝓ defunctis potest poni in missa pro viuis ⁊ sanctorū: a quibus iuuari possunt. Defūcti enim existentes in purgatorio: licet sint in gratia: nō sunt tamen in statu merendi: sed in statu puniendi ⁊ iuuandi / ideo ipsi nec sibi possunt: nec alijs mereri sed ab alijs bene iuuari possunt. ¶ Extensio autem manuū significat / ꝙ oratio Christi fuit mirabilis in eius incarnatione: ⁊ huius sacramenti institutione. Iūctio vero manuū repñsentat: ꝙ orationis deuotio debet esse feruēs ⁊ operosa. ¶ Tropologice vero finito hymno angelico sacerdos osculatur altare ad ostendēdum deuotionem suam ad Christū / ne indeuotior videatur illis / pastoribꝫ qui postꝙ natus sit Ihesus venerunt ⁊ eū deuote adorauerunt. Deinde dicit dñs vobiscum / vbi ex toto corde debet desiderare ⁊ orare quatinus per meritum sue incarnationis sit cum populo / ⁊ ecōtrario populus seu minister loco populi respondens ⁊ cum spiritu tuo / scꝫ sit dñs ꝑ meritum sue incarnationis vt te instruat, regat ⁊ accendat / sic ꝙ in spiritu ⁊ veritate pro nobis omnibus orare valeas. Oremus dicit: vt se ⁊ populū ad orandū simul excitet: Collecta dicitur hec: vel illa secundū petenda. Vñ tunc omnes collecti debent esse ad intra in deuotione ⁊ charitate diuina / ⁊ sic petere necessaria. ¶ Sane hec salutatio. Dñs vobiscum: est tante dignitatis ꝙ a nemine / nisi sit sacerdos / dici debet: secundū Guigelmū in rationali diuinorū. li. iiij. Dyaconus tamen legens euangeliū: illā dicit / quia tunc vtitur offitio pdicatoris ⁊ pnuntiat doctrinam ab ipso Christo immediate platam. Et etiam cereum paschalem benedicens / quia tunc Christi resurrectionem representat. In horis vero non dicit / eo ꝙ non ita gerit typum Christi / qui ꝑ Boos hac salutatione vsus est: sicut sacerdos q̄ ea in persona Christi vtit.

Finitis orationibus, celebrans positis super librum, vel altare manibus iunctis, vel disiunctis ꝓut sibi magis placet, dicit eadem voce intelligibili epistolam ibidem, cuius vltimam sillabā aliquātulū ꝓtrahit, qua dicta minister dicit. Deo gratias

¶ Tum eodem mō stans celebrans dicit simili voce, vel paullulū mutata, Graduale, & Alleluia cū suo versu, ac ꝓlam vel se

Missa nō ꝓ defunctis nō debet cōcludi ꝑ oratiōes ꝓ defunctis

De hac oratione dñs vobiscum.

Epistola quo gestu dici debet.

quentiam si habetur, aut omissis Alleluia cum suo versu, & psa, vel sequentia si missæ aut tẽpori nõ conueniant, vel non habeantur dicit Tractũ si est dicendus. Nam Alleluia nõ dicitur in missis ꝓ defunctis & a dñica Septuagesime, inclusiue vsqꝫ ad vigiliã paschæ exclusiue, & in quatuor temporibus aduentus, & mensis septembris, & omnibus vigilijs totius anni, in quibus est indictũ ieiuniũ. exceptis vigilijs pascheę Penthecostes, & Natiuitatis Christi, si venerit in dñica ac festo innocentũ si venerit in dñica, in quibus tunc dicitur Alleluia. Si autem in diebus hmõi, in quibus Alleluia nõ dicitur, dicenda est aliqua missa votiua vel alia, in qua Tractus nõ habeatur poterit post graduale cum suo versu, loco tractus obmisso, Alleluia, dici eius versus, vel etiã eo omisso, dicto Graduali cum versu suo dici. Munda cor meũ, & alia ꝑut habetur infra, in dicendo autẽ alleluia hic modus seruatur, ãte versum bis alleluia dicitur, & post versum semel replicatur. ab octaua vero pasche vsqꝫ ad octauã penthecostes, quo tempore Graduale nõ dicitur sed illius loco scd'm alleluia primo iungitur ante versum primi, bis alleluia dicitur & post versum semel. Similiter & post secundi versum alleluia semel replicatur quocunqꝫ autem tempore ꝓsa vel sequentia est dicenda, illa post versum dicitur anteqꝫ alleluia replicatur quod post dictam ꝓsam seu sequentiã hmõi repetitur, & si extra tempus paschale in quocũqꝫ festo ꝑut in festis purificationis & natiuitatis beate Mariæ virginis sancti Ioannis baptiste, Ludouici episcopi cõfessoris, exaltationis sanctæ crucis, sancti Francisci, omniũ sanctorum, & alijs quibuscũqꝫ diebus duobus alleluia cum duobus versibus, vel ꝑut in festo dedicationis sancti Michaelis archangeli tria alleluia cum tribus versibus habeantur dicitur tantũ vnum ex eis cũ suo versu, vna etiam prima die festi, alia vero die siue vice omisso dicto, poterit dici aliud cũ suo versu, & vbi tria habentur cum tribus versibus, alia die vel vice poterit dici tertium cum suo versu omissis prius dictis. Si vero habeantur duo versus sub vno alleluia, ambo versus hmõi dicuntur absqꝫ intermissione sub eodẽ alleluia seruato alias in omnibus modo supradato. Quibus

Alleluia quãdo dicitur & qñ non.

Cõtrariũ apud nos seruatur: ꝓsa enim post replicationẽ alleluia dicitur.

dictis minister seu cebrans ipse portat librū missalem ad cornu dextrum altaris, videlicet euangelij si altare ipsum nō sit magnæ longitudinis. Si vero sit magnæ longitudinis ponit librū missalē inter ipsum cornu dextrum & medium altaris vt celebrās in medio altaris stans, possit omnia dicēda ex eo cōmode dicere, & eūdē missalæ ita locat, ꝙ caput missalis respitiat ipsum posterius cornu altaris in parte predicta, & nō ad parietem siue ad partem eius contra se directam.

Qualiter liber missalis ponatur sup altare p euāgelio ꝛ alijs dicendis vsꝙ ad cōmunionē.

De epistola.

¶ Finita oratione sequitur Epistola: dicta ab epi grece: quod est supra ꝛ stolon missio / quasi super missio latine. Nam sponsus misit sponse literas per ꝓphetas / ꝛ ergo interdū leguntur ꝓphetie. Jam vero tempore gratie personaliter venit Christus spōsus pñtare se in templum sponse sue. In cuius signum leguntur epistole ꝛ littere testimoniales apostolorum / vt sunt actus apostolorū: Epistole Canonice: precipue Epistole pauli / qui anunciauit vbi ꝙ Christum venisse dicentē: Ecce ego / qui loquebar olim in ꝓphetis: assum in humanitate: desideratus igitur Jhesus a patriarchis ꝛ ꝓphetis venit ad templum sanctum suū / ꝛ oblatus est in aram nostre redemptionis. Unde Jhesus iuuenis sponsus voluit sponse sue ecclesie pñtari / an placeret ei spōsalia cum eo contrahere: que ecclesia per os Simeonis approbauit ꝛ tanꝙ sponsū ꝓmissum libens suscepit: ꝛ ergo canit Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Et Jhesus obtulit se sponse sue ad amplexandum seu sponsalia sua contrahendum / ꝛ Symeon in ꝑsona ecclesie accepit eum in vlnas suas tanꝙ sponsū videns ꝓmissum. Adorna ergo talamum tuū Syon ꝛ suscipe Jhesum sponsum tuū. Jn cuius signū sacerdos legens Epistolam manus suas iunctas ponit super librum in persona ecclesie ac si eas velit iungi cum manibus sponsi sui Jhesu: ꝛ vt alter Symeon accipiat eum in vlnas suas brachijs amoris. Et hoc est ꝙ Epistola secundū historicū sensum significat.

De Graduali.

¶ Graduale a gradiēdo dictum / significat ꝙ Jozeph ꝛ Maria timore herodis gradiebantur / seu egressi sunt in Egiptum / cum puero Jhesu ibi degentes vsꝙ ad mortem herodis. Quare cantatur in voce graui quia tristitiam matris ꝛ filij insinuat. Unde quidam dicit / O dulcis puer Jhesu / cum adhuc inter dulcia matris vbera sugens dependebas / tutus nō fuisti a persecutorum gladijs. Apparuit enim angelus dñi Jozeph dicens Surge ꝛ accipe puerum ꝛ matrem eius: ꝛ fuge in Egiptum.

De versu.

¶ Uersus significat reuersionem Jhesu de Egipto in Jsrael: vbi anno duodecimo erat dolenter a parentibus quesitus per triduū / ꝛ in templo inter doctores inuētus / ꝛ erat subditus deus parentibus ꝛ habitauit in Nazareth / deniꝙ anno Tricesimo Jhesus baptizatur a Joāne in aquis Jordanicis preparās spōse sue aquas: ꝛ sanctificans eas a tactu sue sacratissime carnis in quibus lauāda est a maculis peccatorū ꝛ desponsat sibi ecclesiam. Nam fide in baptismo desponsantur anime infantium dño. Jdeo canit ecclesia / hodie celesti sponso iuncta est ecclesia: quando in Jordane lauit eius crimina. Et in signū talium nuptiarum canitur.

De Alleluia

Alleluia idest laus ineffabilis / signans effectum inexplicabilem ꝛ nulli mortalium plene cognitum. Et est alleluia: canticū Epithalamicum ab angelis in nuptijs Christi cū ecclesia sponsa eius modulatū

Versus post alleluia quid significet.

Versus post Alleluia/significat veterem patris vocem: scilicet penitet me fecisse hominem: versam in nouā: videlicet hic est filius meus dilectus/in quo mihi complacui:ipsum audite. Repetitur alleluia/quia celi apti sunt ei et vidit spiritum dei descendentem/sicut columbā et manentē in ipso et dixerunt iterū angeli Alleluia Apo:xix. Vnū scilicet ꝓpter malum ablatum aliud ꝓpter bonum collatum. In fine subiungitur multarum notarū ꝯtractio sine verbis et vocibus significatiuis/ad significandum maius esse gaudium celeste/ꝙ possit explicari sermone vel voce: ad quod ꝑueniunt/qui innocentiam baptismalē cum Christo seruauerint. ¶ Post Alleluia Prosa seu Sequentia dicitur:quod est similiter canticū exultationis/sed significat spiritualem exultationem/vel que accidentalia tripudia gaudium supradictum sequentia secuta et secutura. ¶ Aduerte tamen ꝙ temporibus luctui deputatis loco Alleluia canitur Tractus habens multas graues notas. Quia significat Christi grauem penitentiam:quam ꝑ peccatis nostris abluendis post baptismum fecit in deserto. vbi xl. diebus et xl. noctibus ieiunauit orauit:vigilauit:habens terrā ꝑ lecto/celum ꝑ tecto. Nam super nudam terram dormiuit discooperto capite et nudis pedibus incessit/cum bestijs humiliter cōuersatus/ter a dyabolo tentatus. ¶ Tropologice vero Epistola significat supra missam instructionem et testificationem per quam/intellecta et bene pēsata in sua sententia/ꝓbare et cognoscere possumus/an Christus venerit in mentē nostram ꝑ gratiā ꝓbabiliter:aut quō seruari possit ne recedat a nobis Vñ:ibi lecta et audita/debent memoriter retineri diligenter quātum est possibile/et quanto citius ope adimpleri. Ideo sequitur Graduale significans gradus virtutū/per quas:cum Ioseph virgine Maria et puero Ihesu debemus gradi viam p̄ntis vite ad destruendū ydola Egiptiorū:idest peccata in hac vita actiua/quod cū factum fuerit/vertitur in gaudium/et gradiens in virum alterū/quod significat versus: diebus tamē paschalibus et penthecostes non cantatur/qꝛ dies illi significāt statū sup̄ne felicitatis futurū: vbi nō erit amplius: neqꝫ luctus neqꝫ clamor sed nec vllus dolor Apo. xxi. et status in virtutibus nō vlterior ꝓgressus. Deinde sequitur alleluia incipiens ab a et terminans in a significans gaudiū celeste ineffabile et in cōmutabile habens principiū et carens fine. Per quod amonetur tam sacerdos/ꝙ populus/vt tunc omnia terrena/et transitoria ab affectu postponat et ad eterna gaudia ex toto corde festinet.

Diebus paschalibus pē thecostes gꝛaduale nō dicitur.

Tractu.

Prosa quid significet.

De Tractu.

Tum celebrans stans in medio altaris versus ad illud, leuatis ad deū oculis, iūctis manibus ante pectus secrete dicit.

Euāgelium lecturus hec ꝓmittit.

¶ Munda cor meū: et labia mea omnipotēs deus:qui labia Esaye ꝓphete calculo mūdasti ignito:ita me tua grata miseratione digna re mundare/vt sanctū euangeliū tuū digne valeā nuntiare. Per Christū dominum nostrum. Amen.

Tum similiter stans dicit eodem modo.

Iube domine benedicere. Et sibiipsi benedicit et respondet dicens

Dominus sit in corde meo/et labijs meis/vt digne et competenter anuntiem euangeliū suū. Amen.

His dictis, vertit se ad librū missalē, vt pmittitur positum, vbi sic stās iūctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce. ℣.
Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
Deinde pollice dextre manus signat primo librum super principiū euāgelij quod est dictur⁹, postea se ipsū in frōte, ore & pectore signo crucis dicens eadem voce,
Sequentia sancti euanglij secundum .N. vel si est dicendum.
Inicium sancti euangelij secundum .N. ℟. Gloria tibi domine.
Tum⁹ iūctis iterū, vt prius manibus, stans versus, vt supra, p sequitur euangeliū voce predicta, vsq₃ ad finem: & eius vltimā sillabā aliquantulū ptrahit, quo completo minister dicit.
Laus tibi Christe. Celebrans osculatur euangelium p eum dictum in eius principio, nisi celebret p defunctis, quia tunc nō osculatur euangeliū, vel celebret corā summo pontifice, aut cardinale, patriarcha, archiepiscopo, vel Episopo, cui liber & textus euangelij portatur per eum osculandus, quo casu celebrans euangelium ipsum etiam non osculatur.

¶ Nunc sequitur Euangeliū legem cōtinens gratie: secundū quā sollicite & obedienter viuendum est: penitentibus peccatorū remissionē p Christi aduentum consecutis. Ubi nota: φ dum missa solenniter canitur / lecta Epistola & eam sequentibus / celebrans tacitus ad sinistram partē altaris sedet insinuans / φ Joanne predicante Christus tacebat / quia nō predicabat apte / sed dicturus euangeliū surgit: quia vt euangelista tradit / postφ Joannes traditus est / venit Jhesus in Galileā pdicans euangeliū regni dei / & qm̄ sedes victoris est / sessio celebrantis victoriam Christi recte significat / qui post ieiunium vicit dyabolū suū tentatorē. Surgens ergo celebrans ad dextram altaris: partem seu ad cornu versus aquilonem accedens pnunciat euangelium fcans φ Christus nō venit vocare iustos sed peccatores / quia qui sani sunt / medico nō indigent / sed infirmi qui per aquilonem fcantur. ¶ Anteφ autē legat euangeliū cōtra medium altaris stans orat dicens. Munda cor meum fcans: φ Christus pdicaturus orauit patrem qui est medium & vnio partis versus aquilonem ad austrum fatiens de peccatoribus iustos. Juxta illud. Nullus venit ad me: nisi quem pater traxerit. &c. Deinde accipit benedictionē vel sibi ipsi benedicit per quod innuit: φ Christus pdicare nō presumpsit etiā vsq₃ ad annū etatis sue Tricesimū: nisi prius accepta benedictione a patre dicēte. Hic est filius meus dilectus ipsum audite. Legitur autē contra aquilonem plagam frigidā & tenebrosam ad repellendum omne malum frigus induratorū cordium / & tenebras demonū ac vitiorū / Contra illam ergo dicturus euangeliū disponitur / vt tenebras & frigus arceat charitatem Christi. Quasi dicatur illud Canti. iiij. Surge aquilo & veni auster / idest recede dyabole & veni sancte spiritus / & premittit dn̄s vobiscum / orans quatenus dominus sit cum fidelibus circūstātibus

Euāgelium aquilonē versus legitur.

saltem parcipatione et mentis deuotione: quo ad eos/qui non sunt aut esse non possunt presentes corpore vt reddat eos dignos et attentos ad audiendam predicationem Christi efficaciter. Et respondet populus vel minister in persona omnium. et cum spiritu tuo. scilicet sit dominus ad digne et fructuose proferendum euangelium. Deinde alta voce dicit. Sequentia vel initium sancti euangelij secundum Matheum: vel Marcum. etc. idest secundum quod Matheus vel marcus recitat/ Et respondet populus. Gloria tibi domine: scilicet sit Qui euangelium salutis et pacis predicasti ad magnificandum gloriam regni tui Et facit tunc celebrans quatuor cruces. Primam in libro. Secundam in fronte. Tertiam in ore. Quartam in pectore/ vt per hoc doceamur conformari Christo/ qui crucem in oculis/ sicut in libro: habuit. In passione crucem non erubuit/ publice crucem predicauit ore/ et iugiter tenuit etiam a principio sue conceptionis in pectore: dum autem euangelium canitur/ duo cerei accensi feruntur qui representant lumen legis et prophetarum/ quod in euangelio Christi lucet et in eo perfectius resplendet. Thurificatur in signum quod odor diuine noticie et bone fame Christi per euangelium est diffusus et pluribus communicatus sicut et hodie diffunditur et hominibus bone voluntatis communicatur/ et prout ecclesia statuit stare debent vniuersi masculi nudatis capitibus ad deuote et reuerenter verba euangelica (in quibus nuda veritas patet) audienda/ et vt ipso facto se ostendant paratos pugnare pro euangelica veritate et fide Christi seruanda. In quolibet enim actu ad dei reuerentiam pertinente et maxime/ qui fit in persona ecclesie vir habere debet caput nudum etiam a peplo liberum: vt patet. j. ad Chorin: xj. vbi etiam reprehenduntur masculi comam nutrientes. Osculatur autem euangelium in signum pacis et charitatis: que in euangelio apte monstrantur: et ne de corde auferantur/ sed et fortius imprimantur. Unde et tunc cogitare potest quasi osculetur dulcissimum pectus: ex quo melliflua verba illa euangelica profluxerunt. Sed quando legitur missa pro defunctis euangelium non debet osculari/ quia de animalibus defunctorum incerti sumus an sint in pace vel penis. In fine euangelij/ dicitur laus tibi Christe in signum gratulationis: quam apostoli habebant ex euangelio et doctrina Christi quos nos imitantes dicimus/ Laus tibi Christe. Datur etiam osculum libri tantum sacerdotibus post euangelium ad designandum/ quod ipsis debent esse manifesta diuina secreta/ ceteris autem in parabolis. Luce viij. ¶ Illud quoque pretereundum non est/ quod euangelijs que in ecclesijs leguntur due prefationes premittuntur. Prima est initium sancti euangelij. Secunda Sequentia/ scilicet sunt verba sancti euangelij/ quia verba illa: que legenda sunt sequuntur post inicium seu post ea: que precedunt in euangelio/ Unde sumpta sunt: vel sequentia est numeri singularis et tunc dicitur. Sequentia sancti euangelij secundum Joannem supleatur hec est. Deinde subicitur quandoque. In illo tempore/ et quandoque non subicitur. Si quidem sine In illo tempore dicuntur quando ex eorum verbis certum est de tempore et tunc incipiunt per aliquam determinationem regie vel alterius potestatis/ vt illud Anno quindecimo Tiberij. Uel per simplicem rei geste narrationem certum tempus determinantem vt illud: cum esset desponsata: et illud. Postquam consumati sunt. Et illud. Cum natus esset. Jhesus: et illud factum est autem cum baptisaretur. et illud cum esset Jhesus annorum duodecim. Et illud. Postquam impleti sunt dies. Et illud. Elisabeth impletum. et illud. Uespere autem sab

Sequentia vel initium sancti euangelij.

Cruces quatuor facit sacerdos: antequam legerit euangelium.

Thurificatur euangelium.

Euangelium quando osculatur et quando non.

In fine euangelij dicitur laus tibi christe.

In illo tempore quando premittitur euangelio et quandoque non

bati. &c. Reliquis euangelijs subicitur. In illo tempore. Et est sensus. In illo tempore, scz gratie de quo dicit apostolus. Ecce nunc tēpus acceptabile. ¶ Tropologice vero euangeliū significat bonū nuncium/ab eu quod est bonū & angelum/quod est nuntiū/quia per ipsum nunciatur nobis maximū bonū: quo pfecte instruimur & cōsolamur in agēdis: cauēdis & desiderādis

Tum stans in medio altaris versus ad ipsum altare manibus iunctis ante pectus & aliquantulū eleuatis, intelligibili voce dicit, si est dicendū. Credo in vnum deū, Quod dicendo extendit & iterū iungit manus, & stās manibus iunctis ante pectus, in eodem loco psequitur vsqȝ ad finem eadem voce. (Primus articulus.)

Patrem omnipotentem factorē celi & terre: visibilium omnium & inuisibilium. Et in vnum dominum Ihesum Christum. Caput deo inclinat (Scōus arti.) filium dei vnigenitum/& ex patre natum ante omnia secula/deum de deo/lumen de lumine/deum verū de deo vero/genitū non factum consubstantialē patri/per quē omnia facta sunt. Qui (Tertius arti) ppter nos homines & ppter nostram salutem descēdit de celis. In eodem loco vbi stabat genu flectit coram altari dicens. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine & homo factus est: Surgit & stans vt prius psequitur. Crucifixus etiam p nobis sub pon (Quart⁹ arti) tio pilato passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum (Quint⁹ arti) scripturas. Et ascendit in celum sedet ad dexterā patris. Et iterū (Sextus arti.) venturus est cū gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni nō (Septim⁹ ar.) erit finis. Et in spiritum sanctum dnm & viuificantem. Qui ex pa (Octau⁹ arti) tre filioqȝ pcedit/qui cū patre & filio simul adoratur & cōglorificatur/qui locutus est p pphetas. (Non⁹ articu) Et vnā sanctā katholicā & apostolicam ecclesiam. Confiteor vnū baptisma in remissionē peccato (Decim⁹ ar.) rum. Et expecto resurrectionē mortuorū. Et vitā vēturi seculi. Am (Undecim⁹ a)

Et dum hec vltima verba pfert, pducit manu dextra signū (Duode. arti) crucis a fronte ad pectus. Credo autē dicitur in omnibus diebus dñicis totius anni, etiam si de festo missa celebretur, vel (Quando credo est dicendum.) octaua in qua alias Credo non esset dicendū aut votiua dicatur, sin qua tamen de dñica cōmemoratio habeatur, Item ad missam noctis & ambas alias missas diei Natiuitatis dñi nostri Ihesu Christi, & sex diebus sequentibus. In circumcisionis dñi in octaua sancti Sthephani, quia infra octauā sancti Ioannis euangeliste, in octaua eiusdem sancti Ioannis euangeliste. In Epiphanie domini, p eius octauam, In cōuersionis sancti pauli apostoli. In omnibus festiuitatibus beate Marie virginis, & per earū octauas, que habentur In Cathedra

sancti petri. Feria quinta cene domini. In festo resurrectionis dñi, & sex diebus sequentibus. In festiuitate ascensionis domini, & per octauã. In Penthecostes, & sex diebus sequẽtibus. In Corporis Christi, & p octauã. In sancti Ioannis ante portam latinã. In apostolorũ petri & pauli, & per octauã. In octaua beati Ioannis baptiste. In sancti petri ad vincula. In transfigurationis domini. In octaua sancti laurencij. In inuẽtionis, & exaltationis sancte crucis. In angelorũ. In omnium sanctorũ, & p eius octauã, ac singulorũ apostolorum & euangelistarum, ac quatuor doctorũ festiuitatibus. In omnibus consecrationibus ecclesiarum altarium & pontificũ, & in singulis ecclesijs, in festo illius sancti vel sancte, in cuius honorem ecclesia ipsa, vel altare specialiter sunt consecrata etiã in illius festo alias dicere non liceret, ac p octauam eiusdẽ festi & anniuersarijs dedicationũ, ecclesiarum, vel altarium, & eorum octauis, si eas habent. Dicitur quoq͡ infra singulas octauas suprascriptas. Credo, etiam si non de ipsa octaua, sed de quocunq͡ alio festo tunc currente missa celebretur. In quibuscũq͡ autem missis votiuis, etiã beate Marie virginis. Credo non dicitur, nisi esset in die dominica, vel infra aliquã octauã, infra quã hoc liceret dicere, quia tunc in omni missa voce dicitur. Credo, si in ipsa sit de dñica aut octaua huiusmodi cõmemoratio alias nõ. nec dicitur in missis defunctorum, vel quibuscũq͡ alijs superius nõ specificatis.

¶ Et quia/vt supra dictum est/euangeliũ Tropologice significat bonum nunciũ secundũ quod agere debemus ita/vt ipsum in corde bene ꝛ pfecte retinentes fructum feramus in patientia/quod facit fides formata/ideo post euangelium sequitur Simbolum seu Credo: quod est pfessio fidei in euangelica doctrina contente/vt quod corde creditur ad iustitiam: oris cõ cõfessione resonet ad salutem. Vñ tunc deuotissime est attendendũ ꝛ ex corde desiderandum/quatenus in fide euangelica ꝛ articulis fidei cõfirmemur quia sine fide impossibile est placere deo: vt dicitur ad Hebreos. xj. Articuli autem fidei duodecim in numero in Simbolo continentur/dicti ab artãdo eo ꝙ artant nos ad credendũ eos/non quidem simpliciter: sed sub cõditione si volumus saluari. Concludendo autem Credo signo crucis munit se celebrãs: qđ ꝛ astãtes facere debẽt ne volucres celi idest dyaboli auferant de cordibus eorũ semen verbi dei pacis ꝛ charitatis euãgelij lecti ꝛ articulorũ fidei in Simbolo contentorũ. Canitur autẽ vel legitur publice ne quisꝗ excusationem habeat de ignorantia eorũ/que in ipso continentur Unde dicit Augu: in sermone ccxv. Nescio qua fronte audeat se christianũ

dicere/ q pauca verba in symbolo/ & oratione dñica: & decalogo nō vult ad discere. Et dicit Simbolū a sin: quod est cō: & bolos morsus: qsi ɔpositū p morsellos paruos id ē articulos. Est enī collectū ex diuersis locꝫ sacre scripture: i quo ē tota fides ne sit difficile: qrere articulos fidei i scripturis multis. Et significat historice predicationē apostolorū: quos dñs misit binos & binos ad predicandū fidē catholicā per vniuersum mundū. ¶ In quibus autem festis dicitur vel non dicitur: Credo patet in Rubro. Generaliter namqꝫ non dicitur in festis sanctorū Martirū: confessorū: virginū & viduarū v. Vidua non credit: confessor: virgoqꝫ: martir: nisi contingat dñico die. &c. vt in Rubro: Cuius ratio est secundū Innocentiū/ quia solum in illorum & non in aliorum credo dici debet/ quorū fit commemoratio in Symbolo seu in credo vt in omnium dierum dñicarum & festis domini/ quorū fit mētio ibi Dñm nostrum Ihesum Christum/ in cuius honorem omnes dñice celebrantur. Item in apostolorū festis: quorum fit memoria/ ibi Apostolicā. In Joannis baptiste/ qui non solum fuit ꝓpheta/ sed plus quam ꝓpheta. Et in symbolo de ꝓpheta fit cōmemoratio ibi Qui locutus est per ꝓphetas. De ipso etiam scriptū est fuit homo missus a deo. &c. Et ita fuit apostolus ¶ Quatuor quoqꝫ doctores gaudent priuilegio apostolorū eo/ ꝙ fidem apostolicam declarauerunt/ & corruptam ab hereticis restaurauerunt vt patet ex eorum scriptis. Ideo & in eorum festiuitatibus credo dicitur. Quorūdam tamen fit cōmemoratio obscure vt Epiphanie est tamen illud festū domini. Est etiam festum illud baptismatis de quo in Symbolo ibi confiteor vnum baptisma. Cene domini quod est solennitas/ Eucharistie/ ad quā respicit illud: sanctorū cōionē. Angelorū qui nōie celi intelligūt ibi factorē celi & terre. Dedicationū & consecrationū altariū ecclesiarū. &c. quorū mētio fit ibi. sanctā ecclesiā catholicā. Tūc em̄ sanctificatur & catholizatur cū dedicatur. Episcopus vero in consecratione sui cum ea sponsalia cōtrahit Et ideo & in eius consecratiōe: Credo dicitur. In ecclesia autē cathedrali Cracouiensi quodlꝫt festum quod a populo celebratur/ habet altare sibi cōsecratum ratione cuius in ipso festo in prefata ecclesia semper Credo dicitur. Deuota etiam consuetudo in hoc non reprobatur.

Que quilibet christianus tenetur scire.

Dicto simbolo vel si non sit dicendum, illo omisso osculatur altare in medio & iunctis manibus ante pectus, ibidē ad manum sinistrā, hoc est ad latus dextrū vertit se ad populum, & dicit intelligibili voce. Dñs vobiscum. Quod dicendo extēdit & iungit manus ante pectus. ℟. Et cum spiritu tuo. Iunctis manibus reuersus ꝑ eandem viam ad mediū altaris, facta reuerētia cruci, manib⁹ vt supra iūctis, stās ibidē versus ad ipsum altare, dicit voce simili. Oremus. Quod dicendo similit̄ extendit & iungit manus ante pectus & caput deo inclinat. Tum iunctis vt prius manibus, dicit eadē voce offertoriū, ꝓut in ordinario, & omnia que vsqꝫ ad finem misse in medio altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans versus ad ipsū altare, &

non ad aliã partem, nisi vbi infra aliter ordinatur, dicto offertorio si qui sunt volẽtes offerre, celebrans accedit ad cornu epistole vbi stans detecto capite latere suo sinistro altari verso deponit manipulũ de brachio sinistro, & accipiens illud in manũ dextram porrigit sumitatẽ eius singulis offerentibꝰ osculandam dicens singulis.

Acceptabile sit sacrificium tuum omnipotenti deo. Vel sic. Centuplum accipias/ & vitam eternam possideas.

Accepta omniũ oblatione celebrans reponit manipulum in brachium sinistrũ & reuertitur ad mediũ altaris. Vel si non sint offerentes stans in eodem medio altaris versus ad illud accipit patenam cũ hostia & hostijs desuper posita & positis, si qua sit, vel que sunt ꝑ alterius vel aliorũ cõionem, consecrande, dispensande, vel conseruande, illam ambabus manibus vsqꝫ ad pectus eleuatã tenens, & si sunt alie hostie nõ super patenã, sed super corporale, vel alio calice seu vase ad hoc conuenienti posite ꝑ cõione populi cõsecrãde, calicem illũ seu vas manu dextra discoopit & intentionẽ suam dirigens, vel etiam illas offerre & cõsecrare oculis ad deum intentus dicit secrete.

Suscipe sancte pater omnipotens eterne deus hanc immaculatam hostiã: quã ego indignus famulus tuus offero: tibi deo meo viuo & vero: ꝑ innumerabilibꝰ peccatis: & offensionibus & negligencijs meis: & ꝑ omnibus circũstantibus: sed & ꝑ omnibus fidelibus christianis viuis & defunctis: vt mihi & illis ꝓficiat ad salutem in vitã eternam. Amen.

Facit signum crucis cum patena suꝑ corporale & locum in quem positurus est hostiã, quam deinde cũ patena ponit in mediũ seu circa medium anterioris, siue ꝓximioris partis corporalis ãte se, & patenam ad manũ dextram, aliquantulũ subtus corporale, & calicem seu vas aliarũ hostiarũ, si sit sua patena coopit. postea accipit calicẽ quem purificatorio diligenter mundat, & ampulam vini de manu ministri, quã ille manu dextra nuda, detecto capite sibi porrigit, accipiens imponit vinum in calicẽ ad suffitientiam, nihil dicens. Tum si nõ celebrat ꝑ defunctis, facit signũ crucis suꝑ ampulam aqua, quã etiam de manu eiusdẽ similiter manu dextra nuda, detecto ca

pite illam sibi porrigentis accipit, & ex ea imponit pusillum aque in calicem secrete dicens.

Deus qui humane substãtie dignitatẽ mirabiliter cõdidisti: & mirabilius reformasti: da nobis ꝑ huius aque & vini mysteriũ: eius diuinitatis esse cõsortes: qui humanitatis nostre fieri dignatus est particeps: Jhesus Christus filius tuus dñs noster. Qui tecum viuit & regnat in vnitate spũs sancti deus. Per om̃ia secula seculoꝝ. Amẽ.

Si vero celebrat ꝓ defunctis, nõ ꝑducit signum crucis suꝑ ampulam aque, sed imponit absq; signo hmõi, ex ea pusillũ aque in calicem dicens eandẽ orationẽ proximo scriptam, imposita aqua, & finita oratione predicta, accipit ambabus manibus calicem discooꝑtũ, videlicet cum sinistra pedẽ, cũ dextera autẽ nodũ infra cuppam calicis, & stans in medio altaris calicem ipsum discooꝑtũ vsq; ad pectus eleuatũ tenet & intentus ad deũ oculis dicit secrete.

Offerimus tibi domine calicem salutaris: tuã deprecantes clementiã vt in conspectu diuine maiestatis tue: ꝓ nostra & pro totius mũdi salute cum odore suauitatis ascendat. Amen.

Signat cũ calice super corporale, & ipsum in medio seu circa mediũ eius post hostiam collocat & palla cooꝑit, ac iunctis manibus suꝑ altare positis, capite inclinato dicit secrete.

In spiritu humilitatis: & animo contrito suscipiamur a te dñe/ & sic fiat sacrifitiũ nostrũ in cõspectu tuo hodie: vt placeat tibi dñe de⁹.

Eleuat manus extensas: & iungit eas ante pectus secrete dicens.

Ueni sanctificator omnipotẽs eterne deus & bene ✠ dic. Signãdo manu dextra communiter super hostiã & calicem Hoc sacrifitium tuo sancto nomini preparatum.

Tũ iũctis ãte pectus manibus accedit ad cornu epistole vbi stãs ministro aquã fundẽte lauat, & tergit man⁹ dicẽs secrete

Lauabo inter innocẽtes man⁹ meas: & circũdabo altare tuũ dñe.

Ut audiam vocem laudis/ & enarrem vniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decorẽ domus tue: & locũ habitationis glorie tue.

Ne ꝑdas cũ impijs deus animã meã: & cũ viris sanguinũ vitã meã

In quoꝝ manib⁹ iniq̃tates sunt: dextera eoꝝ repleta est munerib⁹.

Ego autẽ in innocẽtia mea ingressus sũ: redime me & miserere mei

Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te domine.

Gloria patri & filio & spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nũc & semꝑ: & in secula seculorum. Amen.

Modus ordinarius.

Lotis & tersis mãibus & illis ãte pect⁹ iũctis ad mediũ altaris reuertitur, vbi stans ad deũ eleuatis oculis, manibus iũctis sup altare positis, inclinato capite, vers⁹ ad ipsũ altare dicit secte.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationẽ: quã tibi offerimus ob memoriã passionis: Resurrectiõis: et Ascensionis Jhesu Christi dñi nostri: et in honore beate Marie semp virginis: et beati Joãnis Baptiste: sanctorũ apostolorũ petri et pauli/ et istorũ et omniũ sanctorũ: vt illis pficiat ad honorẽ: nobis autẽ ad salutem: et illi p nobis intercedere dignetur in celis: quorũ memoriam facimus in terris. Per eundẽ Christum dominum nostrum. Amen.

Extensis manibus hinc & inde sup altare positis, osculatur altare in medio, tum iunctis manibus ante pectus, demissis oculis ad terram vertit se ad manum sinistrã, hoc est ad latus dextrum ad populum, & sic versus ad illum dicit voce aliquantulum eleuata.

Orate fratres et secrete prosequitur vt meum et vestrum sacrificium acceptabile fiat apud deum omnipotentem.

Quod dicendo extendit & iungit manus ante pectus, & cõtinuo ad altare reuertitur pficiendo circulũ inceptũ. Minister vero, & alij interessentes genuflexi detectis capitibus respondent dicentes secrete.

Suscipiat dñs sacrificiũ de manibus tuis: ad laudẽ et gloriã nominis sui/ ad vtilitatem quoq; nostram: et totius ecclesie sue sancte.

Quod si minister vel alij interessentes non responderint, celebrans ipse dicit secrete.

Suscipiat dñs sacrificiũ de manibus meis: ad laudẽ et gloriã nominis sui: ad vtilitatem quoq; nostram: et totius ecclesie sue sancte.

Tum celebrans ipse extensis manibus ante pectus, stans ante librũ dicit secrete, orationem secretã, cõuenientẽ vsq; ad Per dominũ nostrũ. Vel aliam conclusionẽ, quam dicendo iũgit man⁹ ante pectus, & ad verba Ihesum christũ filium tuũ. Caput deo inclinat, sicq; manib⁹ iunctis cõtinuat vsq; ad verba Per omĩa secula seculorũ exclusiue, si vnica ẽ secreta. Si vero plures secrete sint dicẽde, addit cõclusiõi prie, etiã illa vba p oĩa secula seculorũ. Am, deinde absolute subiũgit alias orationes secretas, prioribus orationibus cõueniẽtes, quia tot, & cõuenientes ac eodẽ ordine dici debent secrete & post com

muniones, quot, quo ordine, & de quibus dicte sunt ante E-
pistolam, orationes.

¶ Fide in Symbolo p̄clamata: ⁊ osculato altari in medio: ratione qua su
pra: celebrā̄s vertit se ad populum dicens: dominus vobiscū scʒ sit p̄ meri-
tum sue oblationis deo patri p̄ nobis oblate: vt possitis primo vosipsos: de
inde tantum sacrificiū corporis ⁊ sanguinis Christi mecū digne ⁊ fructuose
offerre: ⁊ oblato sacrificio incorporari. R̄ndit populus vel minister loco po
puli: ⁊ cū spiritu tuo: scʒ sit dominus modo predicto. Hec autē versio sacer-
dotis ad populū s̄cat: q̄ Jhesus in die palmarū vertebat fatiē suā: vt iret
in Jerusalem sustinere mortē ⁊ offerre seipsum p̄ nobis. Et vidēs ciuitatē
fleuit sup̄ illā intantū / q̄ intumuit faties eius a multitudine singultuū pe
ctoris sui p̄ quibus ad plenū verba non potuit formare: ⁊ ideo imperfecte
dixit: quia si cognouisses ⁊ tu. Considera igitur oculis mentis Jhesum flen-
tē / ⁊ ne auertas fatiē tuā a singultu domini dei tui: sed respice in fatiē sal-
uatoris tui: ⁊ sic deuotione affitieris si attente eius p̄spexeris lacrimas p̄ te
effusas. ¶ Consequēter celebrans excitat se ⁊ populū ad orandum simul ⁊
deuote dicens oremus: ⁊ quāuis sacerdos dicit oremus. Non tamen orati-
onem mox p̄sequitur: sed calicem ⁊ se p̄parat: dicto tamē prius offertorio /
quod est canticum laudis: ⁊ significat oblationē laudis / quam iudei in die
palmarum exibuerunt Christo venienti: ⁊ sponte atq̄ hilariter nō minus q̄
flebiliter se offerenti. Recipientes eum cum hymnis ⁊ canticis: floribus: ⁊
ramis palmarum: p̄stratis vestimētis in via atq̄ dicentes. O sanna filio da — De patena ⁊ ei⁹ mysterio.
uid. ⁊c. ¶ Deniq̄ sacerdos offerens panem in patena eleuata: significans
latitudinem charitatis Christi ⁊ populi Christū cū gaudio in die palmarum
suscipientis: qua hec hostia est oblata deo patri / dicit hanc orationem. Su-
scipe sancte pater: ⁊c. Et cum eam finiat facto signo crucis cum patena -
hostiā sup̄ altare ponit ad significādū p̄mptā voluntatē Christi: qua obtu
lit se patri offerendū p̄ crucē p̄ nobis. Et tunc statim patena sub corporali
absconditur: quia licet in altitudine charitatis honorifice esset a cōi populo
susceptus: ⁊ ad templum: vbi se obtulit patri deductus: tamen illa latitudo
charitatis statim abscōdita fuit quando ipso predicante: quasi tota die a nul
lo fuit inuitatus Secundū illud Marci xj. Circūspectis omnibus scʒ an ali
quis vellet ipsum inuitare cum iam vespera esset: exijt in Bethaniā cū disci
pulis duodecim. Et sic postq̄ se obtulit in templo: etiam latitudo charita-
tis eius recedendo abscondita fuit ab eis ⁊ cū Maria / Martha: ⁊ Lazaro
in Bethania nō multū distante mansit. Uel aliter p̄ patenā a patendo dictā
⁊ rotundam ad modū crucis triumphalis: significatur patēs triūphus Chri
sti: in quo deductus ⁊ oblatus est ad templum / ex quo potenter eijecit ven
dentes ⁊ ementes / sed hic patens triumphus Christi statim abscondeba-
tur / quando eodem die tanq̄ abiectus a nullo inuitabatur ⁊ paulo post — De aque mysterio.
ad passionem ducebatur. ¶ Deinde cōsequenter sacerdos facto signo cru
cis sup̄ aquam / ⁊ accepta ampula / vnam guttam vel duas aque mittit in vi
num calicis dicens orationē. deus qui humane substantie: ⁊c. p̄ quod signi-
ficatur humanā naturam Christi in aqua significatā p̄ assumptionē benedictā
esse: ⁊ transisse in diuinitatem in vino significatā / vel quia vinum in hoc loco
Christum significat: qui nulla eget benedictione: aqua populum (secundū

illud Apocal.xvij. Aque populi sunt ⁊ gentes) qui in hac vita nequit esse sine
peccato: ꝓpter quod indiget benedictione dei: vt reddatur dignus ad vni
onē cū Christo. Pusillum autē aque imponendū est: ita: ꝙ a vino absorbea-
tur/ ⁊ vini saporē retineat: ad significandum/ ꝙ populus seu ecclesia debet
incorporari Christo nō Christus ecclesie. Unde aug: Non tu mutabis me in
te sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me. In missa vero ꝓ defunctis
aqua nō benedicitur: ad innuendū: ꝙ ipsi defuncti nō sunt de populo seu ec
clesia militante: ⁊ ideo non benedicunt tanꝗ absentes. ¶ Sicq̄ calix ꝑ-
paratus offertur cum oratione. offerimus tibi dñe. ⁊c. ⁊ significat ꝙ Jhesus
tunc paratus ad passionē, se obtulit patri ꝓ totius mūdi salute: ⁊ sic depo
nit calicē sup altare cū signo crucis sup qua facta est hec oblatio/ ⁊ iterum
iā in ministerio ꝑficienda ⁊ tūc calicē operit: q̄a hec oblatio in abscōdito cor
dis fuit celebrata. ¶ Deinde dicit orationē. In spiritu humilitatis ⁊ ani-
mo cōtrito. ⁊c. que fuit puerorū in camino ignis. Danielis.iij. ad significan-
dum ꝙ in camino ignis maxime charitatis ⁊ deuotionis/ ⁊ contriti cordis
Christus tunc se obtulit cui nos conformari petimus vt scꝫ ⁊ sic fiat sacrifi-
tium nostrū ⁊c. ¶ Quo facto dicit orationē. Ueni sanctificator ꝑ qđ signifi-
catur/ ꝙ Christus subleuatis oculis/ ⁊ manibus in celum: ait. Pater venit
hora clarifica filiū tuū/ vt filius tuus clarificet te. Joannis.xvij. Et cum
hec dixisset. Turbatus est Jhesus spiritu ⁊ dixit. Amen dico vobis: quia vnꝰ
vestrum me traditurus est. Math: xxvj. ¶ Et aduerte ꝙ secundū ecclesie
Romane cōsuetudinem. Hic hac oratione dicta videlicet Ueni sanctificator
munera ipsa in altari collocata: in summis festis ⁊ maioribus duplicibus in sū
ma missa celebrans incensat ac thurific at/ thurisq̄ incensum in thuribulo
sup ducit ⁊ crucis modum circūducit/ quatenus thuris incensio ⁊ crucis si
gnaculo omnes dyabolice malignitatis ⁊ fraudis conatus execrentur: ne
contra celebrantem vel sacrifitiū aliquo modo preualeat. Nam de fumo hu
ius modi omne genus demonij extricatur. Significāt nihilominus hec thu
rificatio bis facta/ vnctionem dñi: qui a Maria Magdalena bis vnctus le
gitur. Primo pedes. Luce.vij. Secundo caput dum fracto alabastro vn-
gentū effudit sup caput Jhesu Marci xiiij. ⁊ repleta est tota domus odore
vnguenti Joannis.xij. ꝓpter quod celebrans vndiq̄ totum altare incne-
sat designans/ ꝙ factum hoc totum vndiq̄ respersit ecclesiā/ sicut testatur
ipse dñs Math: xxvj. Amen dico vobis vbicūq̄ ꝑdicatum fuerit hoc euan-
gelium in toto mundo: dicetur/ ꝙ hec fecit in memoriā eius. Ex hac autem
vngenti ꝑditione/ vt iudas ait: occasionem accepit idem dñice traditionis
qua dominū iudeis crucifigendū tradidit: cuius memoria in hoc sacrifitio ce
lebratur ⁊ de hoc latius in Rationali diuinorū li.iiij. in eodem loco. ¶ Mo
dus autē thurificandi hic est. Primum cū celebrans ponit incensum in thu
ribulū hanc orationē dicit. Per intercessionē beati Michaelis archangeli
stantis a dextris altaris incensi ⁊ omniū electorū suorum incensum istud di
gnetur dñs bene ✠ dicere ⁊ in odorem suauitatis accipere ꝑ Christū dñm
nostrum Amen. ¶ cum incensat oblata dicat. In censum istud a te benedi-
ctū ascendat ad te dñe ⁊ descendat sup nos misericordia tua. Amen. ¶ Ad
incensat altare dicit. Dirigatur dñe oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo/ eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinum. pone dñe custodiā ori
meo: ⁊ hostium circūstantie labijs meis vt non declinet os meum in verba

Aqua i missa ꝓ defunctis nō benedicit

Quod i summis festis sit oblatorū thurificatio.

malicie: ad excusandas excusationes in peccatis. ¶ Quando reddit thuribulum dicit. Accendat in nobis dns ignem sui amoris: et flammam eterne charitatis. Amen. Hec ex missali Romano. ¶ Deniq3 dicta oratione vc3. Veni sanctificator facit sacerdos extremitatum lotionem digitorum dicens. Lauabo inter innocentes manus meas. etc. Ista lotio secunda manuum/ vel extremitatum digitorum: potest representare lotionem pedum scilicet quando Ihesus in cena pcinctus linteo instar serui omnium lauit discipulorum pedes lutosos/ et coram proditore suo Juda genuflexit pcumbens ante maledictos pedes veloces ad effundendum sanguinem: quos sanctissimis manibus attrectare lauare: extergere/ et osculari ore suo sanctissimo voluit: fit deniq3 p sacerdotem hec lotio (vt inquit Gabriel le. xvij.) ad excitandum se ad internam deuotionem ac puritatem/ quam principalissime intendere debet. Unde secundum Inno: lauat manus corporaliter/ vt mundet actus spiritualiter. Et Alexander de ales ait. Hic moraliter insinuatur/ q sacerdos oblaturus hostiam lacrimis compunctionis lauare debet conscientiam. Ps. Lacrimis stratum meum rigabo/ ne sc3 indignus accedens ad tantum sacrifitium reus fiat corporis et sanguinis dni. vt dicitur. j. ad Chorinth. xj. Est autem hec lotio secunda/ prius enim ad celebrandum se pparans in alio loco manus abluit/ vt secundum Albertum: qui primo ad missam se parans: se lauet ab iniquitate: modo sacrifitium oblaturus quasi ampliori indigens lotione etiam a venialibus et peccatorum se purget reliquijs dicens cum ppheta lauabo non iam inter peccatores/ sed inter innocentes manus meas. etc. et hanc interiorem ablutionem petijt Dauid dicens. Amplius laua me ab iniustitia mea dne/ ac si dicat lauisti a mortalibus/ laua me etiam a venialibus/ quia nemo adeo lotus est vt non indigeat lotione vlteriori in tanti sacrifitij oblatione/ hoc quoq3 signauit dns Joannis. xiij. quia cum loti essent apostoli cum accederent ad refectionem mense dni paschalis et literalis agni: noluit eis exhibere corpus suum: nisi iterato lauaret pedes eorum/ quo significata est affectuum ablutio dicens/ qui lotus est non indiget: nisi: vt pedes lauet/ et est mundus totus p parat ergo se secundo sacerdos iterata manuum lotione/ non ppter timorem contaminationis corporis Christi/ quod nulla corporali immunditia contaminari potest/ vel maculari/ tum quia gloriosum: tum quia eo modo: quo est in sacramento corporaliter tangi non potest: cum non sit in sacramento qntitatiue seu per modum quantitatis situalis/ qui modus ad corporalem contactum requiritur: vnde solicite satagendum est: vt non tam exteriora manuum/ q interiora mentium inquinamenta purgentur/ quia non tantum inquinat hominem tractare sacramenta illotis manibus. quantum illotis animabus. Sed cum iam manib9 sacerdos tractare habet sacramenta ppter eorum reuerentiam fulgere etiam debet manuum corporali mundicia. Qui ergo hic manus lauant cauere debent ne cum digitis sic lotis vertant folia/ aut aliquid aliud tangant/ sed omnino mundos custodiant: et forte ppter hanc causam sc3 vt mundius possint conseruari: qui alias in querendis secretis et folijs vertendis facile possint coinquinari/ in dyocesibus regni huius polonie hec lotio digitorum ante canonem maiorem immediate (licet minus conuenienter vt pbat Gabriel vbi supra) fieri consueuit. ¶ Itaq3 facta lotione vel omissa vbi est consuetudo sacerdos iunctis manibus ante pectus et inclinatus dicit orationem Suscipe sancta trinitas: et significat hec inclinatio pfundam Christi humilitatem/ quam

Per lotionem digitorum hic quid significat.

exinaniuit seipsum formā serui accipiens. Oratio vero hec (que est lōga) significat Christi longā orationē / quam āte suam passionē et post cōicatiōes corporis sui p discipulis suis premisit dū ait. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos a malo. Joannis xvij. ¶ Finita oratione osculat altare / in signum q Christus osculatus est pedes discipulorū post eorū lotionem / osculato altari vertit se ad populū dicens. Orate fratres vt meū et vestrum etc. vbi ad suplicandū inuitamur ibi / orate. ad nos mutue amandum inflāmamur / quia fratres: ad quid petendū informamur: quia vt meum et vestrum. etc. Et rndet populus vel minister loco populi: Suscipiat dominus. etc. Girat autem se celebrans / quia ad hec excitat omnes circūquaqz stantes et significat q Jhesus vertens se ad iudam dixit ei: quid facis fac cito: et iudas accepta buccella exiuit cōtinuo vertens se ab austro societatis discipulorū Christi et non rediens: sed girans se ad aquilonē pfide sotietatis iudeorū. Et nota q hic sub nomine fratres (vt inquit Gabriel) vterqz sexus cōphenditur / Quia secundum apostolū ad Gal. iij. Non est masculus neqz femina / omnes em vos vnū estis in Christo. ¶ Secreta autē significat secretam traditionē Christi: et cōsilium: quod Judas secrete habuit cū iudeis / quō eum caute traderet et ipsi caperent sub signo pacis sine turbis. ¶ Tropologice vero p oblationem corpalem significatur spiritualis oblatio suipsius / que requiritur ex pte offerentis vel offerentiū ad fructuose et digne tantū sacrifitium offerendum / secundū illud ad Ro. xij. Obsecro vos fratres p misericordiam dei / vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentem sanctam deo placentem. etc. Quia tamē nulla oblatio est accepta. nisi deus sit cum offerente p gratiam: ideo premittitur orando dns vobiscum. etc. vt supra / debet ergo primo quilibet seipsum dño offerre / deinde munera / secundū illud Genesis iiij. Respexit dominus ad Abel et ad munera eius: et hoc deuote et hilariter: hilarem em datorem diligit deus. ij. ad Chorin ix: offert autem seipsum quando pponit ex toto corde quantū potest seruire deo: et ppter deum offensas omnes remittit primo. Secundū illud Mathei v. Si offers munus tuū ad altare et ibi recordatus fueris. etc. Debemus ergo p feruorem charitatis. contritionē cordis: et castigationē corporis nos ipos Christo conformari p nobis offerenti ad que inducimur p gestus celebrātis et orationes deuotas. de illis autē q hic alias habēt orationes et ritus diuersos dictum est supra circa principiū. ¶ Circa vero materiam offerendorum animaduertendū est / q materia offerenda. debet esse panis / et vitis vinum nō acetum / alias nihil fieret et cōmitteretur idolatria. Usus em huius sacramenti / est refectio: que ad sui integritatē cibum et potum conuenientes requirit. Significatio etiā eius est duplex vna passio Christi: in qua sanguis fuit seperatus a corpore. Alia est cibatio anime / et ppterea ppter cōuenientiā vsus / et significationis duplex exigebatur materia. Sed qualis debet esse panis. Rndetur breuiter q debet esse triticeus. Secundū Scotū in iiij. dis. xi. et cōmuniter theologos / debet esse azimus nō euaporatus seu putrefactus quappter Hostiensis / et cū eo Panormitanus in capitulo pmittimus de sen. exco. dicit sacerdotem nō debere custodire seu seruare eucharistiā vltra vnam septimanā ne putrescat / quia tunc desineret esse corpus Christi: ex quibus verbis Hostiensis et pano: / patet q debet esse vnius septimane ad

Per secreta orationē quid significatur.

De materia offerenda.

maximum: ꝛ facit textus. d .c. pmittimus qui permittebat olim tempore in terdicti semel in ebdomada celebrare p consecranda infirmis hostia/quasi vltra vnā ebdomadā non deberet reseruari: sed singulis septimanis debet recenseri: hodie vero quolibet die potest ꝛ debet/vt ante celebrari/secundum modificationē .c. Alma de sen. exco. li. vj. Videtur ergo in periculo esse qui pluris quā vnius septimane oblata in corpus Christi cōsecrare presumūt Vñ est consulendum talibus/vt a Romana ecclesia panis cōfectionē recipiant: aut a sede metropoli: Ecclesia autē cathedralis Cracouienß in duabus ebdomadis panem nouū conficere solet. Item illud rubrū quod de dāda manipuli sumitate offerentibus ad osculandum loquitur: vbi cōsuetudo talis non est minime est tenendū/ne scandalum aliquod/vel fastidiū generetur/sacerdosq; a cōtinuatione diuini distrahatur officij.

Perueniens in conclusione vltime secrete ad verba, Per omnia secula seculorū, exclusiue, celebrans stans in medio altaris, depositis super eo hinc & inde manibus extensis, dicit cōuenienti voce & intelligibili prefationem sequentem, que cōis est omnibus missis, etiā defunctorū, nisi specialis habeatur. & vbi specialis pfatio habetur illa dicitur tam in festo, q̄ infra eius octauam, si octauā habeat, etiā si infra ipsam octauā agatur de dominica vel aliquo alio festo specialem pfationē nō habente. Si vero, ipsum festum de quo infra octauā agitur habeat specialē prefationem, illa specialis dicitur, omissa pfatione octaue, nisi in missali aliter ordinetur. In missa quoq; votiua dicitur pfatio ppria illius diei vel festi de cuius votiua agitur si dies ipsa vel festū prefationē ppriam habeat.

Per omnia secula seculorum: ℟. Amen.

Dominus vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Manus extensas eleuat hic & inde vsq; ad pectus dicens.

Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum.

Gratias agamus domino deo nostro. Quod dicendo iungit manus ante pectus: ꝛ caput deo inclinat. ℟. Dignū ꝛ iustum est.

Eleuatis & extensis vt prius manibus, psequitur pfationem sequentem si non habetur alia ppria.

Vere dignū ꝛ iustū est equū ꝛ salutare: nos tibi semp ꝛ vbiq; gratias agere: dñe sancte pater oīpotens eterne deus per Christum dominum nostrum.

Quod dicendo caput deo inclinat, tum extensis vt prius manibus prosequitur.

Per quē maiestatem tuā laudant angeli: adorant dñationes: tremunt potestates: celi celorūq; virtutes: ac beata seraphin socia e-

sultatione concelebrant: cum quibus & nostras voces: ut admitti iubeas deprecamur supplici confessione dicentes.

Iunctis manibus ante pectus voce mediocri dicit.

Sanctus. Sanctus. Sanctus. dñs deus sabaoth. Pleni sunt celi & terra gloria tua. Osanna in excelsis.

Manu dextra pducendo signũ crucis a fronte ad pectus se ipsum signat dicens.

Benedictus qui venit in nomine domini. Osanna in excelsis.

¶ Dicta secreta consequenter eandẽ cõcludit sacerdos alta & expressa voce p quod populus ad deuotionẽ & attentionẽ excitat. ¶ Ubi sciendũ est q fi nis secrete: est initiũ prefationis/ p quod insinuatur: q Christus: est lapis an gularis/ quẽ reprobauerunt edificantes: iudeos videlicet cõtinẽs & gẽtes & dicendo: p omnia secula seculorum. &c. ¶ Sacerdos manus depressas te net: donec dicat: sursum corda. Primo ad denotandũ/ q omnẽ cogitatum temporalem deponit/ & se totaliter deo committit/ imolationi dũtaxat tota mente intendẽs. Secundo manus deponit: cum enim tunc ad cordis eleua tionẽ & ad gratiarum actionem inuitat/ & eleuationẽ cordis p contemplatio nem pcedere debeat exercitiũ bone operationis: quã manuũ depressio signi ficat: vt dicit Rationale: Uel ideo manus deponit & postea eas eleuat: vt sic gestu ostendat corda nostra ab infimis & terrenis ad celestia leuata de cõse. dis. j. c. Qñ: ppter quod populus vel minister loco populi respõdet habem⁹ ad dominũ: quod pfecto dignum est/ vt scilicet in celestibus cor toto de derio habitet: vnde tam sublimia dona expectat: ne in puerbiũ illud in Appropinquat populus iste ore suo & labijs suis glorificat me. cor autẽ longe est a me. Esaye xxix. quod timendũ est in plerisq verificari: q alta voce respondent/ habemus ad dominum. Et in inferioribus pstrati obsce na tractent/ ad terrena inhiant secundum sua desideria/ quibus diligunt carnem & mundum. ¶ Deinde sacerdos attollit se ipsum & populũ ad agen das gratias per confessionẽ diuine laudis dicens. Gratias agamus. &c. aga mus dicit seipsum populo coniungens/ quia vni⁹ boni corporis scz & sangui nis Christi sunt participes quo in vnum corpus misticũ vniuntur omnes de vno pane & vno calice participantes/ vnde dicit. j. ad Chorin. x. Unum cor pus multi sumus omnes/ qui de vno pane & vno calice participamus. Gratie autem: ad quas nos monet sacerdos/ aguntur: quando dona dñi/ digne pci piuntur: discrete cognoscunt: & magna deuotione in ipsum referuntur: huic monitioni seu exhortationi populus vel minister loco populi respondet assen tiendo dignũ & iustũ est/ dignum quantũ ad ipsum deum: quia ipse dñs deus noster. Iustum quantum ad nos: quia nos populi eius & oues pascue eius. ¶ Deinde sacerdos approbãs responsionẽ populi dicit. Uere dignũ & iustũ est. &c. Cuius assignat duplicem rationẽ. Unam diuine perfectionis excellen tiam quia dominus sanctus pater eternus deus. Secundam angelicam scz laudem/ cui additur p coniunctione vocum nostrarũ angelicis laudibus de uota supplicatio. Subiungit q comunis angelorũ/ & hominis adorande tri nitatis excelsa laudatio cum dicit/ Sanctus: sanctus: sanctus. &c. Et cõclu ditur vltima secreta/ vel secrete alta & clara voce ad significandum/ q cum

Judas proditor exisset dixit Jhesus. Nunc clarificatus est filius hominis et continuo clarificabit eum pater. Joannis xiii. et continuat prationem: que significat longum et dulcissimum sermonem/quem Jhesus in cena fecerit quem conscripsit Joannes euangelista eiusdem: xiiii. et xv. dicens autem Benedictus: qui venit. etc. Signo crucis sacerdos se signat/quod et circumstantes facere debent ad significandum: quod Christus per crucem triumphauit: et benedictionem nobis dedit valedicens discipulos/et non nisi per crucem dare ordinauit/ad quam sustinendam hymno dicto/exiuit in montem oliueti Mathei. xxvi. et tantum de prima sacratissime misse parte vitam christi ante passionem representante. Sequitur canon in cuius prima parte sanguinis Christi prima effusio/et ea que acta sunt apud Annam primum/et Caphipham: ac tandem hora prima apud pilatum: commemorantur.

Manibus iunctis super altare positis, stans ante medium altaris versus ad illud, eleuatis ad deum oculis & sine mora demissis capite inclinato dicit secrete.

Te igitur clementissime pater per Jhesum Christum filium tuum dominum nostrum supplices rogamus ac petimus. Osculatur ante se altare: erigit se et stans eleuatis et iunctis manibus ante pectus dicit. Uti accepta habeas et benedicas. Dextra manu ter signat comuniter super hostiam: et calicem dicens. Hec do ✠ na hec mu ✠ nera: hec sancta ✠ sacrifitia illibata.

Hic secundum sensum literalem magis principalem et intentum est secunda pars sacratissime misse/in qua per multa signa et inditia Christi passio amarissima declaratur. Circa quod primo: Notandum est/quod hec pars habet quatuor nomina. Dicitur enim primo Canon idest regula: quia significat passionem Christi/qua docemur: quomodo nos oporteat regulariter ambulare Nam (vt inquit paulus) per multas tribulationes oportet et nos intrare regnum celorum. Uel quia non solum regulariter efficit consecrationem: per sua verba/sed etiam regulariter representat passionem Christi amarissimam/secundum ordinem per omnia sua signa. Secundo nominatur hec pars/Secretum: quia submissa voce atque secreta proferri debet/ne tam sancti mysterii verba manifeste plata per quotidianum vsum vilescant/et a laicis etiam in locis prophanis irreuerenter pronuncientur. Uel dicitur Secretum: quia verba ista secretissimam habent virtutem scilicet quod transmutant ea/que distant in infinitum. Tertio vocatur actio propter sacra mysteria/que in ea aguntur. Quarto dicitur sacrifitium/et hoc a sua parte digniori/per hunc enim canonem: ex pane et vino conficitur sacrifitium salutare/sacrifitium laudis/sacrifitium iustitie/quod sacrifitium iubet nos offerre propheta in vera spe/charitate/et dilectionis dicens/ Sacrificate sacrifitium iusticie et sperate in domino. Secundo sciendum et notandum est: quod due sunt nature in Christo: Una est diuina: secundum quam nihil passus est/nec pati potuit/cum sit inuariabilis. Alia est natura humana/quam in se ex parte propter nos assumpsit ab intrinseco: secundum quam maximam passionem et amarissimam mortem sustinuit/quam vnquam aliquis hominum passus est aut pati potest in presenti vita. Quod patet ex hoc: quia Christus super omnes

Due nature sunt in Christo.

mortales fuit excellenter bene cōplexionatus. Nam fuit castissime et purissime virginis filius / et eius sanctissimū corpus fuit formatū admirabili virtute diuina / et operatione spiritussancti de purissima Maria idest de purissimis immaculatis et mundissimis guttulis sacrati sanguinis intemerate et precelse gloriose virginis marie / vt Damascenus dicit: et similiter magister sentētiarum in iij. dis. iij. et ideo quanto Christus dominus a natura nobilior / purior: sincerior: delicatior: et in omnibus sensibus dispositior fuit cunctis ceteris hominibus / tantum quodlibet tormentum in sua p̄ciosa carne causabat valde maiorem dolorē / ꝙ in alio humano corpore qualicūqꝫ. Cum ergo tormenta Christo illata fuerunt nō pauca: aut parua / sed multa: et magna nimis / cōstat ꝙ in eo intensissimū causabat dolorem. Ideo ipse dicit ꝑ prophetam. Trenorum. j: O vos omnes / qui transitis ꝑ viam: attendite et videte: si est dolor similis: sicut dolor meus. In quibus quidē verbis Christus hortatur omnes fideles ad diligenter inspitiendū oculis cordis: et deuote meditandum magnitudinem et grauitatē sue passionis / tam quo ad tristiciā interiorem / ꝙ quo ad dolorem exteriorem / et ipsius excelsam super omnes huius mundi passiones. Sed quia eandem passionē sponte sustinuit ex obedientia paterna / et ꝓ salute et redemptione nostra. Iuxta illud oblatus est / quia ipse voluit. Esaye. liij. Ideo cōuenientissime fuit: vt sacrificium sanctissime passionis et preciosissime mortis Christi in hoc sacratissimo misse offitio ꝑageretur et a nobis cōmemoretur. ¶ Tertio notādum ꝙ in hac parte sacratissime misse aliud verba / aliud signa: et gestus pretendunt. Nam (vt dicit Inno) verba principaliter pertinent ad eucharistiā cōsecrandam: Signa vero ad historiā dn̄ice passionis recolendā. Cui concordat beatus Thomas pte .iij. q. lxxxiij. dicens huius crucis signa / quibus signatur sacrifitiū non fieri dumtaxat ad cōsecrandam hostiam / alioquin post cōsecrationem fieri nō deberent / sed principaliter ad modū et ordinē dominice passionis representandam. Signatur autē cōuenienter modus / et ordo passionis Christi ꝑ signa crucis / quia in omnibus articulis passionis / et signanter hic expressis cruciatum quendā singularē sustinuit / et tandē passionē omnē in cruce consumauit. Unde et non sine diuina ꝓuidentia creditur factū / vt canō ipse ab ea litera inchoat: que crucē plus ceteris representat qualis ē litera T ad instar thau formata / vt scilicet ꝑ eius inspectionē sacerdos statim in memoriā dn̄ice passionis reducatur / tunc ex ordine ꝑagendam: ꝓpter quod et ibi expressa ymago crucifixi laudabiliter depingitur. ¶ Et diuiditur ista pars in qnꝙ partes principales secundū quintuplicē sanguinis Christi effusionē: que fuit facta primo in sanguinei sudoris effluxione. Secunda in flagellatione Tertio in coronatione. Quarto in crucis affixione. Quinto in lateris apertione. Secūda ibi. Hec igit oblationē. Tertia ibi Qui pridie. Quarta ibi. Unde et memores. Quinta et vltima ibi. Memēto etiā. Quantum igitur ad primū finito hymno angelico et puerili / ac vbi est cōsuetudo nihil dicēs lotis qtuor digitorū extremitatibus sacerdos capite inclinato et manibus positis in altari incipit canonē: cōmemorans illam ꝓfundam inclinationem / vel potius corporis ꝓstrationem: quā fecit Christus in monte olyueti / quando factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. Luce. xxij. et sic inclinātē humiliter cū pauore et tremore instar Christi in monte oliueti orā

In canone aliud signa aliud gestus p̄tendunt.

Diuisio huius secunde partis misse secūdum sensū literalē alias historicū

capite inclinato

Textus expositio.

do dicit. Te igitur clementissime. etc. Et est sensus verbalis. O clementissi-
me pater: qui clementer/admisisti voces nostras cum angelis: ad laudandum
maiestatem tuam: igitur nos supplices idest humiles/ et devoti rogamus et
petimus te. Per Jhesum Christum tanquam per mediatorem/ uti idest ut/ accepta
idest grata/habeas/ et suscipias et benedicas: ut sint idonea tam divino sa-
cramento: hec dona scilicet panis et vini: a te deo nobis donata: et in verum corpus
et sanguinem Christi transsubstantianda: hec munera a nobis oblata/ hec sancta
sacrificia/ quo ad representationem/ quia representant corpus et sanguinem Jhe
su Christi illibata/ id est immaculata. ¶ Circa hanc literam est notandum
quod in canone dicitur. Te igitur/ ad denotandum continuationem prefationis ad
canonem/ et quod nulla oratio inter canonem et prefationem preter sanctus/ est inseren
da: nec aliquis actus: nisi ubi est consuetudo lotio digitorum/ et hoc ratione
continuationis: continuatur enim canon ad precedentia immediate. Multiplicantur
etiam verba petitionis/ scilicet rogamus: et petimus idem significantia/ pro-
pter exprimere magnitudinem affectus. ¶ Item nota quod illa tria verba scilicet
dona munera. etc. idem significant/ sed diversis rationibus: ideo sub diversis
verbis reiterantur hic: et hoc propter excitare devotionem. Unde Innocentius Ser
monum (inquit) multiplicatio et inculcatio pie devotionis est excitatio: vel
ineffabilis commendatio sacramenti Et dicuntur dona/ quia Christus fuit
nobis a deo datus. Munera/ quia a Juda traditus. Sacrificia/ quia a iude
is ad mortem oblatus. Et hec dicuntur sancta ratione significationis: quia (ut
dictum est) significant corpus et sanguinem Christi/ et illibata ratione offe-
rentis/ quia debet sine macula peccati esse/ qui hec offerre pretendit: alias iu
dicium sibi manducat et bibit: ut dicitur. j. ad Chorin. xj. Et dicuntur ista ver
ba in plurali hec dona. etc. propter diversitatem speciarum atque substantiarum
panis et vini ¶ Et ad hec verba scilicet dona munera. etc. tres cruces fiunt ad — Quid per hos tres cruces significatur
designandum triplicem Christi traditionem. Traditus enim primo erat a patre
ex nimio amore ad nos. Grego. O mira circa nos tue pietatis dignatio. O
ineffabilis dilectio charitatis/ ut servum redimeres: filium tradidisti/ et hanc
traditionem significat prima crux. Secunda vero crux significat: quod traditus
fuit a seipso/ quia processit obviam eis ad eum capiendum venientibus et ait
quem queritis/ et responderunt Jhesum Nazarenum/ sed exterruit eos di-
cens. Ego sum. Iterum interrogavit eos: quem queritis. Ego sum. si ergo me
queritis sinite hos abire. etc. Bernar: O bone Jhesu si me non plus dilexisses
quam te non occidisses te pro me. Maiorem charitatem nemo habet/ quam ut animam suam
ponat quis pro amicis suis. Sed O Jhesu tu maiorem charitatem habuisti: po
suisti enim animam tuam pro inimicis tuis. Tertia crux significat: quod fuit tradi-
tus a discipulo suo Juda/ unde dicitur. Judas querebat oportunitatem/ ut
eum traderet. Mathei xxvj. ¶ Osculatur autem altare significans fraudulen
tum osculum Jude/ de quo dicitur. Juda osculo filium hominis tradis. Luce — Osculatio altaris quid significat.
xxij. Quo facto/ ut dicit Matheus/ accesserunt iudei et manus iniecerunt
in Jhesum et tenuerunt eum. Et: ut dicit Joannes: duxerunt primum ad An-
nam ¶ Quod autem sacerdos canonem incipiens oculos elevat et mox demit
tit. Est rei geste commemoratio. Christus enim flexis genibus dirigens orati
onem ad patrem respexit in celum/ ac deinde oculis demissis cecidit ad ter-
ram/ et factus in agonia prolixius orabat: et factus est sudor eius sicut gutte
sanguinis decurrentis in terram: ut dicitur. Luce xxij.

Modus ordinarius.

Extensis manibus ante pectus ꝓsequitur.

Imprimis: que tibi offerimus ꝓ ecclesia tua sancta catholica: quā pacificare: custodire :adunare:⁊ regere digneris:toto orbe terrarum vna cum famulo tuo Papa nostro.N.

Exprimendo nomē pape. Sede vero apostolica vacante verba predicta vna cū famulo tuo papa nostro.N. omittuntur & antistite nostro.B. Specificādo nomē Patriarche, Archiepiscopi,vel Episcopi ordinarij sui. Qui si est vita functus, illa verba & antiste nostro .B. omittuntur.

Si celebrans est episcopus,archiepiscopus,vel patriarcha omissis verbis, & antiste nostro.N.dicit, & me indigno seruo tuo. Si autem est papa qui celebrat dictis verbis,toto orbe terrarum, omissis verbis vna cū famulo tuo papa nostro.N.& antistite nostro.N.dicit, vna cū me famulo tuo indigno quē gregi tuo p̄esse voluisti, & cōtinuant omnes vt sequit̄. & oībus orthodoxis atq; catholice & apostolice fidei cultorib⁹

¶ Postq̄ sacerdos deprecatus est deum patrē/vt sua clemētia apposita dona ⁊ munera sanctificet/hic specificat ꝓ quibus hec ipsa dona ⁊ munera deo offerat.⁊ primo petit ea acceptari ꝓ tota ecclesia generaliter. Secundo ꝓ summis ecclesie capitibus specialiter:ibi. Una cum famulo tuo.Tertio ꝓ omibus recte credētibus fraternaliter:ibi.Et oīb⁹ orthodoxis.Quarto ꝓ quibusdam spetialiter: ibi. Memento. Recte quidem offerendum est prius ꝓ ecclesia tota/deinde ꝓ personis singularibus.Qm̄ bonū cōmune bono priuato ⁊ singulari p̄ponendum est/secundū phm̄.j. Ethicorum Et propter hoc persone publice in sublimitate cōstitute:a quibus dependet respublica ꝑsonis simplicibus p̄ferunt.Hinc Apostolus.j. ad Thimo.ij. Obsecro primū omnium fieri orationes ꝓ omnibus hominibus/id est ecclesia: ꝓ regibus/⁊ ꝓ omnibus: qui in sublimitate sunt cōstituti. Et est sensus literalis vna cum expositione eius. Imprimis/idest principaliter: que sc; dona ⁊.munera ⁊ sacrifitia: tibi deo patri offerimus/idest sacrificamus ꝓ ecclesia tua:idest ꝓ congregatōe omniū fideliū vinculo charitatis vnita. Sancta:id est cōfirmata/⁊ sanctificata/catholica/idest vniuersali/quā scilicet ecclesiā pacificare:idest:vt pacem ab hereticis ⁊ scismaticis/ac infidelibus habeat. Custodire idest:a vicijs ⁊ demonijs ⁊ inimicis:adunare sc;:que dispersa est inter ꝑfidos/⁊ regere digneris scilicet in ꝓsperis ⁊ aduersis/toto orbe terrarū:scilicet diffusam.Una idest pariter:cum famulo tuo papa nostro:nomē eius/secundum decretū Gelasij pape exprimendo/⁊ antiste nostro/idest/ Episcopo:⁊ debet intentio referri ad ipsum in cuius dyocesi quis celebrat Un̄ in dioce/ Romana non debet dicere celebrās ꝓ antistite nostro/quia ista dyocesis nō habet antistitem:sed solū papā. Similiter regis nomē nō exprimitur ex eadem ratione. Extra vero dyocesim Ro/secundū p̄fatam doctrinam apostoli/debet addi:⁊ dici regi nostro.N. referendo ad eum inter

Tertius expositio.

tionem in cuius regno sacerdos celebrat. Deinde subiungitur. Et omnibus orthodoxis idest christianis/qui sub vtraque potestate fidē Christi colunt/ atque catholice: idest: vniuersalis. Et apostolice fidei: idest per apostolos fundate. Cultoribus/idest: veneratoribus. ¶ Nota primo quod sacerdos gerit typum persone cōmunis/representans Christum/et ideo dicit offerimus/ad denotandum/quod sacerdos nō tantum/in sua: sed totius ecclesie persona sacrificat: qua propter nō minus/vel maius perficitur a sacerdote bono vel malo: quia non in merito sacerdotis/sed in verbo cōficitur creatoris. Non enim iniquitas sacerdotis effectum impedire potest sacramēti/sicut nec infirmitas medici virtutē impedit medicine. Sed tamē si malus: sibi recipit ad eternā dānationem. Si bonus ad vitam eternā. Unde in prosa de corpore Christi canit. Sumūt boni sumunt mali/sorte tamen inequali: vite vel interitus. Mors est malis vita bonis. etc. ¶ Nota secundo/quod nomen proprium. Pape. Episcopi: et Regis: extra dyocesim Romanā exprimi et specificari debet: vt artior certior et particularior fiat applicatio huius sacrifitij his: qui singulariter curā nostri habēt: et pro nobis redituri sunt rationē: et hoc insinuāt litere posite in Canone/alias frustra poneret Pape nostro. N. Hoc autē intelligendū est (vt inquit Gabriel) quod nemo celebrantiū ex contemptu nomē pretermittere debet. Si enim celebrans nomē proprium non crasse ignorauerit/vel legendo canonē nō occurrerit/et ita sine nominis expressione orauerit/non estimo illum peccatum incurrere/nec oportet pro rememoratione nominis sacerdotē diu tardere/ne cōfusio tedium aut scandalū in populo oriatur et proprie mentis distractio causa vitandi maioris periculi caueatur. Hec ille lectione. xxiij. ¶ Nota tertio quod hec oratio: quam sacerdos dicens stat recte/et humiliter/ante altare: significat/quod postquam Christus captus est et durissime ligatus (quia vt inquit sanctus Bernardus/tantū eum anxiauerāt/quod ex sudore sanguineo/qui adhuc ex nimia anxietate mortis defluebat per totā fatiē eius: et os suū: et ex sputis iudeorum: quibus illitus fuit in genis ac ex colli eius constrictione/omnino suffocatus fuisset/nisi diuina virtus eum ad vlteriora pro nobis toleranda reseruasset) tanquam latro cum gladijs et fustibus ad Annā primo adductus ibique ad maxillā acerrime percussus/stetit pacienter tollens cum magna mansuetudine et humilitate/et tranquillitate/dominus respondit et dixit. Si male/idest si: cōtra veritatē locutus sum (Iste enim male loquitur: qui cōtra veritatē loquitur) testimoniū prebe de malo. Si autē bene/cur me cedis. q. d. impunitus debet esse/qui bene loquitur. Significatio

Memento domine famulorū famularumque tuarū.

Stans in quiete, manibus iunctis, & vsque ad faciē, vel pectus prout sibi magis placet eleuatis, agit cōmemorationē viuorū Christi fidelium ad suā voluntatē, eorū tamen nomina nō est necesse quod exprimat, sed solū in mente eorum memoriā habeat, potest tamē celebrans si pro pluribus orare intendit (ne circumastātibus sit molestus) āte missam In animo suo proponere oms illos tā viuos quam defunctos, pro quibus in ipsa missa orare intendit, & in hoc loco generaliter vnico cōtextu ipsorū vi-

eorum cõmemorationẽ agere, quibus ante missam pposui in ipsa missa suis orationibus subuenire, qua facta seu habita demissis & extensis manibus vt prius continuat.

Et omniũ circumastãtiũ: quorum tibi fides cognita est ꝛ nota deuotio p quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc sacrifitium laudis p se: suisq; omnibus: p redemptione animarũ suarũ: p spe salutꝫ ꝛ incolũitatis sue tibi reddũt vota sua eterno deo viuo ꝛ vero

Sensus litere.

Hic specialiter fiunt orationes p quibusdam personis coniunctis ꝛ circumastãtibus. Et est sensus vna cum expositione litere. O dñe memẽto idẽ miserando recole/ nõ q aliqua obliuio caderet in deum/ ideo dicimus Memento: sed sicut illorum obliuisci dicitur: quos sua gratia nõ visitat/ vt dicit Innocentius: Sic ꝛ deus dicitur scire hos: ꝛ noscere illos/ quos visitat sua gratia. ꝛ quos approbat. Memento igitur famulorũ/ idest seruorum. Famularum: idest ancillarum/ p tuã gratiam eos visitando colentiũ te/ p fidem catholicam. Et omnium: idest singulorũ. Circumastãtiũ: idest audientium missam: secundum modum dictũ superius. Quorum scilicet audientiũ: fides tibi cognita est: idest/ tu solus scis/ qui recte credunt. Et nota: idest aperta. Deuotio: idest qui habent charitatem/ ꝛ qui deuote te diligunt cognoscis: eo q nihil te latet. Qui tibi offerunt/ scilicet circumastãtes fideles p psonã sacerdotis. Hoc sacrifitium: idest oblationem. Laudis: idest: in quo specialiter laudaris. Uel dicitur sacrifitiũ laudis: quia est omni laude dignũ iter eñ ad salutẽ p nullũ vnq; fuit sacrificatum nisi p illud. Pro se scilicet ipsis. Suisq; omnibus scilicet cõsanguineis: affinibus/ familiaribus/ amicis/ ꝛ benefactoribus. Pro redẽptione animarum suarũ: idest: remissionẽ peccatorum. quibus anima captiua tenetur. Prouerbiorũ. v. Iniquitates sue capiunt impium ꝛ funibus peccatorũ suorum constringitur. Quibus remissis redemitur. Pro spe salutis scilicet eterne obtinẽde. Et incolumitatis: id est sanitate corporis consecrãde vel acquirẽde: vt eo melius possint tibi seruire ꝛ hanc salutem eternam acquirere/ tibi scilicet deo. Reddũt: idest iterũ tribuunt/ a quo acceperunt p gratiam. Uota sua: idest deuotionẽ suam/ vel desideria/ ꝛ alia bona opera a voluntate libere elicita. Eterno deo. ꝛc. scilicet qualis tu solus es p essentiam/ ꝛ eternam vitam veraciter cõferens p huius sacramenti gratiam nõ sicut dij gentiũ: qui sunt manu facti/ vel homimines mortui vel solum ficti. Nota primo: q in hac cõmemoratione p viuis tantum debemus rogare/ ꝛ non est necesse vocaliter eosdem exprimere sed mente dumtaxat sunt exprimendi/ cum deus sit exauditor cordiũ plusq; vocum: vel pter mysteriũ significationis de quo infra. Nec nimis magna memoria debet fieri/ ꝛ hoc pter cordis distractionem: mentis euagationẽ ꝛ tedium circumastãtiũ: sed breuiter debet se sacerdos expedire. Un Guihel. Parisiensis/ de breuitate orationis loquens ita dicit. Qui missas adeo longas faciũt/ q tedio plixitatis sue: corda circumastãtiũ a gratia deuotionis arescunt/ ꝛ ipsam refectionẽ spiritualem: quam in missis pcipere deberent/ in molestie amaritudinẽ eas vertunt: de his igitur potest cõqueri populus circumastãs ꝛ dicere/ dederunt in escam meã fel. ꝛc. Stultitia igit huiusmodi sacerdotum hec est: vt p pugillo deuotionis/ que eis in missis tri

bultur totius populi deuotionē deo auferunt: ⁊ ꝑ tribus aut quatuor vt ita dicam: lachrimis cōpunctionis: aut deuotionis vasa magna: idest corda deuote ⁊ lacrimose orantiū effundant. Ibi ergo breuis debet esse oratio: vbi breuitas eius aliorum deuotioni orantiū militat ⁊ deseruit. Nunꝗ tamē ꝓlixitas ⁊ longitudo orationis deo displicet/ nisi vbi ipsa ꝓlixitas alijs impedimentum ꝓstat orandi: hec Guilhel. Vñ consiliū dant doctores/ vt ante missam vel si missa cantatur infra Kyrie eleyson aut alias/ vbi cōpetentius fuerit: memoriam sacerdos faciat/ desiderando ibi ex toto corde: quatenus dñs misereatur istorū vel illoꝝ ⁊ omniū. Deinde hic in memoria canonis faciat in generali ipsam memoriā duobus vel tribus specialiter in corde expressis/ taliter videlicet cōmemorando. Memento dñe famulorū famularūq tuarū. N. ⁊ N. ⁊ illorum/ quibus nosti me obligari: ⁊ in eo gradu in quo me nosti obligatū esse: ⁊ eorum: quorum prius specialē habui memoriam. Hec est generalis memoria: que hic sufficit expressis in corde specialiter duntaxat: ꝓ quibus tunc celebrat. Multū autem laudabile ⁊ decens est/ ꝙ sacerdos seruet personarū cōmemoratarū ordinem/ vt vcꝫ sic cogitet. Memento primo mei indigni sacerdotis gratiam mihi tribuendo/ vt hoc sacrifitium laudis valeam digne ⁊ fructuose offerre tibi deo/ ⁊ omnibus sanctis tuis ad honorem: ꝑ me ⁊ omnibus/ ꝑ quibus teneor ad salutē ⁊ ꝓsperitatē. Secundo parentum tam carnaliū/ ꝙ spiritualium: fratrū: sororum: ⁊ omniū cōsanguineorum. Per parentes intelligas: patrem: matrem: auos/ ꝓauos/ attauos: auiam: ꝓauiam. ⁊c. tam ex parte patris/ ꝙ ex parte matris ascendentes/ sic ⁊ consanguineos. Tertio benefactorum in genere: in spetie istorū. N. ⁊ N. tribuendo illis iuxta tuam sanctā voluntatē/ atq eorum corporis ⁊ anime necessitatem. Quarto inimicorū/ ⁊ malefactorum: iudeorum/ ⁊ gentiliū ceterorūq infidelium: vt ⁊ virtute huius sacrificij corda eorū illuminētur: ⁊ ad penitentiam conuertantur: his sic mente cogitatis. Deinde vlterius ꝓcedēdo ore exprimens dicat/ ⁊ omniū circumastantiū. ⁊c. ¶ Ex quo patet ꝙ salubre sit missarū solennijs fideliter ⁊ deuote interesse: cum ⁊ ꝑ his specialiter oretur ⁊ offeratur. Circumgirantes autē ⁊ cōfabulātes: non solum earū participes non sunt/ sed ⁊ grauiter peccant: sancta violantes: se negligētes ⁊ alios tanꝗ dyaboli impedientes. Aug. Qui ad ecclesiam veniens hoc fecerit/ ibi se vulnerat/ vbi se orando sanare potuerat. Hec ille de tempore in sermone. ccxv. vbi de hoc vide plura. Nec satis faciunt precepto de audienda missa vsq ad benedictionē diebus dñicis ⁊ solennijs: debent ergo stare/ vel flectere in quiete ⁊ silentio: animaduertendo/ ⁊ cōsiderando que dicuntur: canuntur: ⁊ repñtantur in ritibus/ vestibus sacris/ ⁊ ordine orationum. ⁊c. debet etiam intentio referri ad eos: qui circumstant mente ⁊ deuote/ licet corpore nō possint interesse iustis ⁊ rationabilibus causis impediti ¶ Item nota: ꝙ hoc silentium sacerdotis seu memoria viuorum: significat ꝙ postꝗ Christus de domo Anne ductus ⁊ presentatus Cayphe/ ibiq maioribus iniurijs illi illatis ac diuersis falsis testimonijs ꝑ falsos testes ꝓductis siluit/ ⁊ tanꝗ agnus innocens ⁊ mansuetus tacebat. Quapropter Cayphas ex impatientia surgens ait ad Ihesum. Nihil respondes ad ea: que isti aduersum te testificantur. Vel hoc silentium sacerdotis in memoria diuersorum gradus statuū tacite cōmemorantis representat/ ꝙ Christus illa nocte apud Cayphām diuersa supplitia ⁊ acerrima ꝑ totā noctē passus est: de

Ordo qualiter in memoria sit seruandus.

ꝙ confabulātes seu murmurantes in ecclesia grauiter peccāt

Quid ꝑ memoriam significatur.

quibus tacent et silent euangeliste. Hieronymus passio: inquit: Christi: quã illa nocte sustinuit nunquam erit manifesta: nisi in die iudicij. Hec autẽ omnia scz que dominus passus ẽ in domo Cayphe (vt inquit Albertus magnus) dñs maiestatis sustinuit/ vt nobis formam daret humilitatis et patientie/ et nos sue charitatis obligaret.

Stans eodem modo dicit.

Cõmunicantes et memoriam venerãtes: Imprimis gloriose semper virginis Marie genitricis dei et dñi nostri Jhesu Christi. Inclinat caput deo et prosequitur. Sed et beatorũ apostolorũ: ac martirũ tuorum. Petri et Pauli. Andree. Jacobi. Joannis. Thome. Jacobi. Philippi. Bartholomei. Mathei. Simonis. et Thadei. Lini. Cleti. Clementis. Sixti. Cornelij. Cipriani. Laurencij. Crisogoni. Joãnis. et Pauli. Cosme. et Damiani. et omniũ sanctorũ: quorũ meritis precibusque concedas: vt in omnibus protectionis tue muniamur auxilio per eundem Christum dominum nostrum. Amen.

Sensus literalis.

Hic fiunt memorie aliquorũ sanctorum: et inuocationes pro suffragijs eorũdem. Et est sensus vna cum expositione textus. Nos superius cõmemorati. Cõicantes: idest in vnitate fidei sumus cum sanctis hic in via/ quia participamus cũ eis in fide: et quod ipsi habuerũt: et quod ipsi crediderunt et nos credimus indubitanter. Vel cõicantes scz in vsu et oblatione huius sacrificij cum sanctis/ qui eo mediante salutem cõsecuti sunt/ et etiam per cõtinuationem/ quia ab ipsis dum vixerunt cõionem et vsum huius sacrificij accepimus. Actuũ. ij. Erant perseuerantes in doctrina apostolorũ/ et cõicatione fractionis panis/ et in eadem fide: et spe/ quam ipsi habuerunt obiectiue. Et subiungitur memoriã venerantes: scz omni veneratione dignã/ precipue in hoc sacrificio pro eorum patrocinio implorando. Imprimis: idest pre omnibus sanctis: quia sanctorum sanctissima: precellens omnes etiam angelos gratia et gloria: per cuius manus mundissimas hunc panem angelorũ accepimus: gloriose scz anima et corpore/ gloriosior residens post Christum/ et cunctis sublimior in regno glorie. Semper/ idest perpetue virginis Marie. Genitricis idest matris. Dei et domini nostri Jhesu Christi. Sed et beatorũ apostolorũ et hoc ideo/ quia ipsi nobis tradiderunt formã et ritum offerendi hoc sacrificiũ ac martirum tuorum/ qui effusione sanguinis sui tanquam testimonio probauerunt. Et nominantur duodecim appostoli: et duodecim martires/ qui pro testamento dei et testimonio fidei duodecim articulorũ sua corpora tradiderunt. Quare autem illorum sanctorũ et nõ aliorum nomina inserta sint Canoni/ euidens ratio assignari non potest. Verum tamen est/ vt aliqui dicunt Canonẽ cõpositum ex speciali dei instinctu et ordinatione: in cuius signũ referunt/ quod aliqui patres ex singulari quadam deuotione/ quã ad certos sanctos habuerunt: ipsorũ nomina studuerũt apponere: et quorũdã iam appositorum remouere. Sed transacto die in crastino/ reperierunt illos deletos et priores aureis literis inscriptos. Quapropter decetero nullus debet esse tante audacie: vt velit aliquid circa huiusmodi immutare. Deinde sequitur Et omnium sanctorum. Quorum meritis et precibus: idest intercessionibus Nam iuxta Hieronymũ hec clausula apponitur: quia festiuitas omnium san

ctorum singulis diebus celebrari non potest. Cum secundum Eusebium in quolibet die amplius: ꝙ quinqȝ milia sanctorum festa cõcurrãt: excepto die Kalendarum Januarij: quo intendebant gentiles epulis ⁊ solennitatibus: ⁊ non ad martirisandũ sanctos. Sequitur vt muniamur / idest ꝓtegamur: auxilio tue ꝓtectionis in oĩbus scȝ operibus: orationibus: actionibusqȝ nostris. Concludit tandẽ: hec oratio: ꝑ eundẽ Christũ dñm nostrũ. ⁊c. q̄a sicut ꝑ ipm oĩa facta sunt: sic ⁊ oĩa ꝑ ipm terminãda. Cui cõclusioni: sicut ⁊ alijs addit. Am: nõ obstãte motiuo quorundã cõtrariũ dicentiũ: vel eos possumus soluere intelligendo: ꝙ lij. Am. hic et in seqentibus dici nõ debet: verũ est a ministro. A sacerdote tamen debet dici. Et quia ⁊ sic inuenitur in veteribus missalibus: ⁊ est de ordinatione ecclesie: vñ minus rationabiliter faciunt / qui hic ⁊ in sequẽtibus nituntur missalia corrigere lij. Amen delentes aut illud subricẽtes legẽdo Canonẽ. ¶ Hec aũt oratio representat: ꝙ post ꝙ dño a media nocte vsqȝ mane scȝ ad horam primam illusissent. ⁊ afflicto co vigilijs verberibus: ⁊ sputis atqȝ illusionibus Mane facto idest prima hora ortus solis cõsilio inito aduersus ipsum dñm Jhesum ⁊ concluso: vt cũ morti traderent dire vinctum duxerunt de domo Cayphe ꝑ plateas vidẽte eũ sua matre a discipulis derelictum cõsputum. ⁊c. ad domũ Pilati corã quo stetit de multis accusatus. ¶ Et nota ꝙ in aliquibus diebus fit additio ad hanc orationem cõicantes / sicut ad sequentem vcȝ. Hanc igitur / ⁊ hoc ex priuilegio ⁊ speciali ratione aliquorũ magnorum festorũ secundum exigẽtiam / ꝓut patet in missalibus. De quo nota versus. In Pascha. Penthe. Con. dicitur octo diebus. Solo die vno. Nat. Epi. dicit. Ascen. ¶ Sequit Secunda pars canonis in qua cõmemorantur que acta sunt apud herodem ⁊ tandem apud pilatum / qui volens dimittere Christũ dedit iudeis optionẽ / quẽ sibi dimitti vellent: an Jhesum vel barabam / sperans Barabã ꝓpter eius malitiam ⁊ homicidiũ non petendum sed in hoc nõ ꝓfecit. Deinde ꝓcessit ad flagellandũ vt sic ꝑplo satis faceret ⁊ posset dimittere Christũ

Minister accendit intortitium, quod erectũ in dextra manu retinẽs & conuenienter eleuans, genuflectit in gradu, vel in terra ꝑ dispositione loci, retro celebrantẽ, qui dictis ꝯmissis extendit manus versus oblata dicens secrete.

Hanc igitur oblationẽ seruitutis nostre: sed ⁊ cuncte familie tue quesumus dñe: vt placatus accipias: diesqȝ nostros in tua pace disponas: atqȝ ab eterna dãnatione nos eripi: ⁊ in electorũ tuorũ iubeas grege numerari. Per Christũ dñm nostrũ. Amen.

¶ Ista est secunda pars principalis Canonis: in qua postulat dei patris benigna placatio / ⁊ huius sacramenti cõsecratio ⁊ secundũ hoc ista pars subdiuiditur in duas partes. In prima postulat dei patris benigna (vt dictum est) placatio: vt sic placatus acceptet nostra sacrificia / ⁊ det nobis pacem / ⁊ vt liberet nos de massa / ⁊ congregatione damnatorũ: ⁊ numeret nos inter electos suos. Secunda ibi. Quam oblationẽ. ⁊c: Et est sensus litere iste. Quia sancti tui domine / quorum cõmemoratio iam acta est / nobis ritum ⁊ formã huius sacramenti tradiderunt / ipsumqȝ offerendo ⁊ sumendo gratiam cõsecuti sunt: sic ⁊ nos meritis ⁊ precibus eorum tua solita ꝓtectio

Amẽ legi debet in orationum cõclusionibus.

Significatio

Sensus litere.

ne muniri confidimus. Idcirco illis p̄ nobis sic intercedentibus / rogamus cōfidenter: quatenus tu deus pater p̄ Jhesum Christū. d. n. Hanc oblationem idest / oblatum sacrificiū / quam tibi soli deo in vera adoratione nos serui / et cuncta familia tua / scz militans sub vexillo sancte crucis et cristiane militie. Offerimus et impēdimus. Placatus idest mitigatus meritis et intercessionibus sanctorum tuorum approbando accipias / et gratuite acceptes / vt hoc sacrifitium in diebus nostris idest temporibus vite nostre tranquillitatē pacis. Liberationem ab eterna damnatione et cōsortium tuorum sanctorū omnium nobis obtineat. Et aduerte ꝙ hec oratio quodāmodo est cōclusio omniū p̄dictorum / specialiter huius: quod p̄ oblationē huius sacrifitij impetrare intēdimus. Ideo dicitur hanc igitur oblationē. ꝛc. Solent quidam ad hanc orationē p̄funde inclinari / ad representandum dñi nostri Jhesu Christi deductionem a pilato ad herodem: et econuerso ab herode ad pilatum: demisso et verecundo vultu: quandoq̄ꝫ: vt pye creditur: nō nunq̄ꝫ in faciem sup̄ terram cecidisse maxime / quando herodes ipsum Jhesum illusum et indutū alba veste et longa tanq̄ꝫ stultum ad pilatum remisit et p̄pter longitudinē illius vestis et tabulas cum clauis ferreis in ea pendentes / et p̄pter impetū iudeorum creditur sepius corruisse in via. Sed secundū Or. Ro. Hec inclinatio fieri non debet: quia sacerdos melius hic recte stando cōformari potest Christo / qui tanq̄ꝫ agnus māsuetissimus nō aperiens os suū ad multa ab herode interrogata coram eo stetit. Cum ergo corā herode Christus nullū signū facere / nec respondere vellet / reputauit eū herodes esse fatuuꝫ: et despexit ipsum / ac repulit a se / et in signū fatuitatꝫ herodꝫ milites induerūt eū veste alba ludicra et ligatū deri sorie inter se trudēdo duxerūt ad pilatū: vt cum eo faceret sicut vellet: ꝙ significat et p̄ palmarum versionem versus oblata.

Significatio

Jungit manus ante pectus dicens secrete.

Quam oblationē tu deus in omnibus quesumus. Dextra manu communiter signat ter sup̄ hostiam et calicē dicens. Bene ✠ dictā Ascri ✠ ptam: Ra ✠ tam rationabilem: acceptabilemq̄ꝫ facere digneris: vt nobis. Semel separatim signat sup̄ hostiā tantū dicens. Cor ✠ pus. Deinde sup̄ calicem tantum dicens ✠ sanguis: Eleuat et iungit manus ante pectus p̄sequens Fiat dilectissimi filij tui domini nostri Jhesu Christi.

Hic petitur magnum et arduū scz ꝙ ex esca materiali fiat nobis corpus et sanguis dñi nostri Jhesu Christi: quod maximū est / et huius gratia in verbo fiat sacerdos ex intima deuotione cū tremore et suspirio: manus suas versus celum erigit / quasi diceret. O dulcissime pater non dedigneris: ꝙ ego paup̄ / et inimicus tuus ausus tam magnifica dona a te de celo postulare: q̄a si rogarē a te celum et terram modicum esset: sed postulare a te corpus et sanguinem filij tui vnigeniti / vt sub tam immūdis manibus crearetur: quis nō contremisceret. Et est sententia littere ista. O tu deus pater clemētissime In omnibus scz existens. Nos petimus: quatenus hanc oblationē. Benedictam: idest cōsecratam / hoc est cōsecrare. Ascriptā / idest ap̄pbatam: hoc est ap̄pbare. Ratam / idest firmā / hoc est firmare et cōseruare digneris. Ratio-

Sensus littere.

r ilem/idest diuine rationi et voluntati cōformem. Et acceptabilem tibi hostiam vel sacrifitium: ita/vt ad nostram salutem panis et vini fiat corpus et sanguis dni nostri Jhesu christi. Sed.d.a. Hoc sacramentum per certitudinem operatur virtus diuina/superflue ergo sacerdos petit huius sacramenti pfectionem. Cū dicit quā oblationem. etc. Rñdetur secundū sanctū Tho.iij.q.lxxxiij. ꝙ efficatia verborū sacramentalium impediri potest p intentionē sacerdotis/nec tamē est inconueniens/ꝙ a deo petamus: id quod certissime scimus ipsum facturum: sicut Christus Joannis: xv. pecijt suam clarificationē. Non tamen videtur ibi sacerdos orare/vt cōsecratio impleat sed vt nobis fiat fructuosa. Unde signanter dicit vt nobis corpus et sanguis fiat/et hoc significant verba que pmittit dicens. Hanc oblationē facere digneris benedictam/secundum aug: idest p quam benedicimur/scʒ p gratiā Ascriptam p quam in celo ascribimur. Ratā scʒ p quā in sanctis Christi censeamur. Rationabilē: idest p quā a bestiali sensu exuamur. Acceptabilē: idē p quā vt qui nobis ipsis displicemus/per hanc acceptabiles vnico tuo filio simus hec ille. ¶ Unde nota primo: quod notanter dicitur fiat deprecatiue ad significandum/ꝙ sacerdos sua naturali actiua virtute non operatur ad hanc mirabilem cōuersionem: nisi in quantum minister/vel instrumētum Unde nō in ppria persona loquitur facio: sed fiat scʒ virtute omnipotētis in cuius potestate est facere hūc transitū substātie in substantiā sicut et ei subsunt quantū ad totū esse et nō esse/et hoc cōformiter ad illud Gene.j. Fiat lux. etc. Et Luce.j. Fiat mihi secundum verbū tuum. Quia nimirum eadem potētia requirit in hac trāssubstātione: que in rerū creatione et verbi incarnatione: ¶ Secundo nota: ꝙ sacerdos hic facit quinqꝫ cruces/tres super panem et calicē cōiunctim. Qn̄ dicit. Benedictam. Ascriptā: Ratam. Duas. Unā sup panē: quādo dicit corpus: reliquam super calicē/qn̄ dicit sanguis. Et representant nobis secundum quosdā venditionē iude/que fuit maledicta: pscripta: irrita iniqua et detestabilis. Ideo dicit sacerdos. Sed tu deus hanc oblationē digneris facere benedictam: pro qua nos in celestibus benedicas/Judas deletus est de libro viuētium: tanqꝫ maledictus: et cum iustis nō est scriptus. Ascriptam/p qua nos inter electos ascribas. Judas se laqueo suspendit et episcopatū ei⁹ accepit alter. Ratā/p quam ratū et certum sit noscere salutis pmissū. Judas exijt cōdemnatus et oratio eius facta est in peccatum. Rationabile/per quā rationabile fiat nostre seruitutis obsequium. Judas reddit malū p bonis/et odium p dilectione tribuit. Acceptabileqꝫ: per quā reddas nos tibi acceptos. hec quidā. Uel vt Gabriel dicit: cui concordat Rationale/p tres cruces sup ablatā et calicem coniunctim factas designatur Christi venditio facta tribus psonis/scʒ sacerdotibus/scribis: et phariseis: vel pretiū venditionis scʒ ter decim argenteis et per quartā et quintam cruces significantur psone/venditi Christi/et vendentis iude: que quoniam valde diuerse fuerunt in dignitate seperatim fiūt Alie significationes ab alijs ponūtur. Secundū vero literalem et historicum sensum continuādo ad pcedētia. he quinqꝫ cruces possunt significare quinqꝫ dolores seu passiones multū penales/quos Christus ptulit in domo pilati postqꝫ ab herode in veste/vt dictum est/ludicra tanqꝫ fatuus adductus erat: hora iā tertia incipiēte seu currēte. Nā pma crux significare potest quādo iudei maledicti adducentes Jhesum/vt dictum est: ab herode ceperūt

Quid p has quinqꝫ cruces significatur.

clamare petentes Pilatum/vt ipsum crucifigeret. Secunda crux illā crudelem acclamationē: qua iudei clamabant Barabā dimitti: & Jhesum tolli & crucifigi. Tertia crux immanissimā flagellationē Christi/etiam vsq; ad costas. Jta vt a vertice capitis vsq; ad planta pedis nō remaneret vllus loc⁹ sanus. Quarta autē: que est ad verbum corpus super oblatā/& quinta ad verbum sanguis/que est sup calicē/que sunt separata significatur/ꝙ in hac flagellatione copiosus sanguis erat a corpore separatus. ¶ Sequitur tertia pars Canonis: in qua/tertia Christi sanguis effusio in coronatione vera ac eaque post coronationē vsq; ad affixionē in cruce: acta sunt cōmemorāt

Inclinat caput deo & tergit aliquātulum pollices & indices super corporale dicens secrete. **Qui pridie ꝙ pateretur.**

Accipit cū pollice & indice dextre manus hostiam, & eā cū illis, ac pollice & indice etiam sinistre manus tenēs, stans erectus ante medium altaris dicit.

Accepit panem: in sanctas ac venerabiles manus suas.

Eleuat ad deū oculos & sine mora demittit dicens.

Et eleuatꝫ oculꝫ in celū ad te deū patrē suū oīpotē: tibi grās agēs

Tenet hostiam inter pollicem & indicem sinistre manus & dextra pducit semel signum crucis super eam dicens.

Bene ✠ dixit: fregit deditq; discipulis suis dicens accipite & manducare ex hoc omnes.

Discooperit manu dextra calicem seu vas aliarū hostiarum, si sit & cubitis super altare positis, stans inclinato capite. verba cōsecrationis distincte secrete, & reuerenter pfert super hostiam, & simul super omnes, si plures sunt consecrande, & hostiā suā tantum pollicibus & indicibus tenet dicens.

Hoc est enim corpus meum.

His dictis celebrans hostiam inter pollices & indices super altare tenens, reliquis manuum digitis extensis ac binis & binis simul iunctis & ceteris hostijs si sunt plures cōsecrate in loco in quo a principio misse sunt posite super corporali, vel in alio calice siue vase dimissis genuflexus eam adorat. Tū se erigit, eleuat in altum quantū cōmode potest hostiā & populo ostendit reuerēter adorandā, & mox ipsā venerāt sup corporale reponit vnde eam eleuauit, & pollices ac indices nō disiungit vsq; post cōionem, nisi quando hostiā cōsecratā tangere vel tractare debet vt infra dicetur. Tū vsq; in terram genuflexus hostiam ipsam veneratur, & calicē seu vas aliarū

hostiam, si sit, sua patena coopit. Interim dum celebrans ho-
stiam eleuat, minister etiã eleuat manu sinistra fimbrias poste-
riores planete siue casule celebrãtis, ac totã posteriorẽ eius
partẽ ne ipsũ celebrantẽ impediat in extẽsione brachiorum.

¶ Ista est tertia pars principalis Canonis in qua ponuntur verba con-
secrationem effitientia: ⁊ diuiditur in duas particulas. In prima introdu-
cuntur verba cõsecrationis corporis Christi. Et illud repsentatur quod do-
minus noster Ihesus Christus in cena fecit. In secunda vero particula po-
nuntur verba effitientia cõsecrationẽ sanguinis Christi: ibi Similimodo
postꝙ. ⁊c. Quantũ ad primũ est sententia talis. O clemẽtissime pater / dñs Iesus litera
noster Ihesus Christus filius tuus prima die pcedente passionẽ suam ho-
ra cene. Accepit panem nondum cõsecratum. In sanctas manus suas. Et
eleuatis scilicet secundũ humanitatẽ. Oculis tam mentis / ꝙ corporis. In
celum: idest versus celũ. Ad te patrem suum: scꝫ secundum diuinitatẽ refe-
rens tibi gratiarũ actiones. Benedixit idest cõsecrauit. Fregit scilicet spe-
ciem panis. Et dedit discipulis suis dicens. Accipite scilicet per fidem. Et
comedite ꝑ charitatem. Ex hoc scilicet corpore omnes. ⁊c. ¶ Nota pri-
mo ꝙ hoc relatiuũ qui refert verba vltima pcedentis orationis / in qua pre-
missum est. O pater clementissime digneris benedicere hanc oblationẽ: vt
ex ea nobis ad salutem fiat corpus ⁊ sanguis dilectissimi filij tui dñi nostri
Ihesu Christi. Deinde sequitur qui scilicet dominus noster Ihesus Chri-
stus / pridie ꝙ pateretur idest pcedenti die anteꝙ̃ pateretur. Tangitur er-
go huius institutionis tempus ⁊ hora / cum dicitur pridie ꝙ pateretur idẽ
quartadecima die primi mensis. Primus autem mensis dicitur ille: cuius
coniunctio primior est equinoctio vernali / secundum notata Burgensis su-
per Math / c. xxvj. Et fit quandoꝗ Marcius: quandoꝗ Aprilis. In hu-
ius ergo mensis primi a prima die coniunctionis computando / quartade-
cima die: que erat pma asimorũ Christus pascha legisticũ comedit cũ discipu-
lis suis ad vesperũ: post cuius esum sacramentum instituit / In ipsa nocte
cõprehensus mane parasceue pasche institute ꝑ iudeos ꝑ tunc obseruate
crucifixus est / vt patet ex occursu euangelistarum: licet ũra aliter dicat.
tres enim euangeliste vcꝫ Matheus Marcus ⁊ Lucas: dicunt de legisti-
co paschate / in cuius parascheue solus Christus cum apostolis / pascha co-
medit. Joannes autẽ dicit de paschate instituto: in cuius parasceue Chri-
stus in cruce oblatus est / Iudeiꝗ suum agnũ paschalem mãducauerunt. vi-
de textum Joannis. ¶ Secũdo nota ibi cum dicitur in sanctas ac venera-
biles manus ꝙ hoc sacramentũ non nisi sanctis ⁊ venerabilibus manibus
non viciatis / nõ pollutis / ac cũ summa reuerentia sit tractandum / ppter
quod ⁊ ab Episcopo crismate vngũtur ⁊ sanctificantur. Ve ergo illis sacer-
dotibus / qui manus cõsecratas ad illicitos ⁊ inhonestos vsus pariter ⁊ ad
tantũ mysterium ꝑagendum indifferenter extẽdunt / de quibus Bernar.
ita dicit. In multis multipliciter regnat fornicatio / qui puritatis auctori
impuro corde ministrãtes nõ verentur stare ante angelũ domini qui secet
eos medio ⁊ disperdat / sed omnino audent agni imaculati sacras cõtinge-
re carnes ⁊ intingere sanguinem saluatoris manus suas nepharias ⁊ mali-

gnas quibus pauloante meretrices attrectauerunt. Sic ⁊ altaria etiā cir-
cuire psalmos decantare/ cū tamē huiusmodi laus sit execrabilis ⁊ oratio fi
at in peccatū. ¶ Tertio nota: ꝙ licet illa verba eleuatis oculis i celū a nullo
euangelistarum sint expressa/ sicut ⁊ illud eterni testamēti mysteriū: ⁊ plura
alia ꝓut dicitur de ce. missa. c. Mathe. Tamen certissime credit factū. Mul
ta siquidem tam de factis/ ꝙ verbis dn̄icis ꝑtermiserūt euangeliste/ que
tamē apostoli/ vel facto suppleuisse: vel verbo expssisse leguntur. Vn̄ san-
ctus Thomas dicit/ multa sunt a dn̄o facta vel dicta/ que euangeliste non
scripserūt/ que tamen ecclesia ex traditione apostolorū habet. hec ille: iij. q.
lxxxiij. Testis est Ioannes euāgelista. c. vltimo. Inter que ⁊ illud est: ꝙ dn̄s
in cena oculos leuauit in celū/ quos quidē leuauit ex multiplici causa. Pri
mo in recognicionē/ ꝙ hanc potestatē transubstātiandi: sicut ⁊ cetera om-
nia/ accepit a patre/ ꝓut patet Mathei. xj. Secundo ꝓpter arduitatē fa-
cti: ⁊ dignitatē tanti sacramenti instituēdi. Tertio ꝓpter nostram instructi
onē vt ⁊ nos oculos cordis non deprimamus in terram/ sed eleuemus in ce
lum/ si quod petimus volumus impetrare. Et cōgruū est vt sacerdos Chri
sto se cōformet etiā corporales oculos sursum eleuando in celū reuerenter
quatenus ꝑ hoc mentis oculus excitatus recognoscat tantū mysterium a
domino patre celesti accepisse. ¶ Quarto nota circa illa verba tibi grati-
as agens: ꝙ Christus (vt inquit Chrisosto.) accepto pane gratias egit iam
primus passioni: vt nos gratias agamus in flagellis positi/ ⁊ maxime in
celebratione tanti sacrificij. Vn̄ ⁊ sacrificiū laudis appellatur. Et egit qui-
dem Christus gratias deo patri de tanto dono/ de tam excellenti gratia/
de tā efficaci cibo sacramēto dignissimo: ⁊ misterio tā ꝓfundissimo. ¶ Quī
to nota ꝙ illa verba benedixit/ fregit: deditq;: ad diuersa referuntur: bene
dixit enim panē: ⁊ hic fit crux sup panē/ nō ꝙ Christus benedicendo panem
fecit crucē: sed fit crux ad panē conuertendum in corpus Christi/ qui ꝓ no-
bis immolatus est in cruce. Tum sequitur fregit scʒ formam ⁊ spetiē panis.
Et notandum: ꝙ omnia verba: que significant corruptionē: vel atritionē/
vel diuisionē: masticationē: ⁊ huiusmodi/ ꝑdicantur de eucharistia: ⁊ re-
feruntur ad illas speties/ que videntur: ⁊ nō ad corpus Christi. Deinde
sequitur: dedit scʒ corpus suū. Quale autē Innocētius respondet. Ego
dominica sacramēta magis veneranda/ ꝙ discutienda ꝑfiteor: simplicitas fi
dei sufficit. Et si dicatur: ꝙ tale dedit q̄le voluit. Dedit ⁊ iude de vna mē
sa comedunt petrus ⁊ iudas/ sed diuersimode/ vnus ad salutē: alter ad dā
nationem. Accipite ⁊ manducate. Accipite scʒ cum deuotione. Mādūcare
scʒ cū veneratione. Ex hoc omnes hoc nullus euangelistarū addidit de cor
pore: sed de sanguine bene dicitur bibite ex hoc omnes ⁊ creditur ab apo-
stolis esse additū. Et dicitur notanter: ex hoc. quid. li. hoc presentat queri
potest: vel quid mōstrat/ an spetiē vel panē vel corpus Christi. Regula est
cōmunis sacre scripture: ꝙ frequenter in ea videtur agi de vno/ ꝙ tamē a-
gitur de diuersis: vt est illud benedixit: fregit/ ⁊ dedit. Benedixit panē.
Fregit formam vel spetiem panis. Dedit corpus. Eodem modo cum dixit
Manducate ex hoc omnes. li. hoc: ꝓnomē demōstratiuum ostendit inte-
grū corpus/ ⁊ illa ꝓpositio: ex innuit formā diuisam: vt sit sensus. Comedite
corpus meum sub forma diuisum. Nam forma seu speties panis ꝑ partes
diuiditur ⁊ totū corpus māducatur. ¶ Sexto nota circa verba forme cō-

secrationis: que est. Hoc est enim corpus meum: quod licet hoc pronomen: secundum Richar/ de sancto victore: in li. de tri: partim demonstrat ad sensum/ et partim ad intellectum: sub hoc sensu: illud in quod hoc transubstantiabitur: est corpus meum. Et sic est demonstratio mixta. Quia sicut ista propositio esset vera: et magis propria/ si demonstrando cibum diceret/ hoc est corpus meum: scilicet illud: in quod iste cibus est transmutandus: est corpus meum/ quando virtute eius in prolationis termino/ ille cibus fieret corpus meum. Sic in proposito/ quia ibi virtute verborum in complemento/ et termino ipsius orationis/ panis fit verum corpus Christi. Hec Ange. de clauasio in summa in verbo Eucharistia. j. §. xxiij. Unde Grego. dicit quod in instanti prolationis verborum horum. Hoc est enim corpus meum: celi aperiuntur/ celestis curie adueniunt cum verbo dei incarnato ad vocem sacerdotis intentionem consecrandi habentis. O quanta admirabilis vis consecrandi data his verbis: vt quotienscunque prolata fuerint: cum intentione consecrandi a sacerdote rite ordinato: super materiam debitam: statim ab instanti vertatur in verum corpus Christi/ ex promissio eius diuino et pacto: cui semper assistit absque dubio. Deinde in prefata forma consecrandi post li. Hoc: sequitur: est: idest existit in veritate. Additur enim/ que coniunctio/ licet non sit de substantia forme/ omitti tamen non debet. Et ponitur ibi ad denotandum ordinem consecrationis ad vsum materie consecrate: qui tamen ordo non est de necessitate sacramenti/ vnde et coniunctio similiter: illam tamen ex negligentia vel contemptu omitens mortaliter peccaret/ quia est de consuetudine ecclesie Romane: data a beato Petro apostolo: secundum sanctum Tho iij. q. lxxviij. Secundum vero Scotum in. iiij. dist. viij. li enim ibi ponitur ad coniungendum/ ne scilicet verba forme sine precedentibus proferantur/ vnde si quis solummodo prefata verba super pane diceret non consecraret/ secundum eundem doctorem vbi. supra. Ratio: quia dicendo: hoc est enim corpus meum non refertur ad corpus Christi. Et ideo licet non sint alia verba de substantia forme/ quam predicta: tamen de necessitate requiritur/ vt exprimantur aliqua verba/ ex quibus prefata forma solummodo determinetur ad corpus Christi sicut fit cum dicitur fiat dilectissimi filij tui domini nostri Jhesu Christi/ qui pridie quam pateretur. etc. aliter nihil fieret. Et hoc tene: quamuis quidam teneant contrarium et male: vt inquit prefatus Ange/ in verbo Eucharistia. §. xxiij. Adde quod notat idem doctor in verbo missa. §. xiiij. Secundum vero sanctum Thomam. iij. q. lxxviij. consecraret: si hoc celebrans intenderet grauiter tamen peccaret sacerdos ritum ecclesie non seruans.

Per gestus hos quid significatur.

Septimo nota circa gestus in prolatione prefate orationis seruandos/ quod sacerdos dicens hec verba. Qui pridie pollices et indices vtriusque manus ducit super pallam altaris terges eos licet eosdem ante canonis inceptionem lauerit: ad designandum/ quod hoc sacrificium: non nisi mundis manibus nullo pollutis vitio/ debet venerabiliter ac cum summa reuerentia contrectari/ et significat interiorem puritatem: deuotionem/ et intentionem/ que per illam exteriorem ductionem: siue tersionem excitantur/ et summo studio tunc excitari debent secundum exemplum Christi/ qui extunc sic excitatus dixit desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar scilicet extendendus in cruce. Historice vero seu secundum literalem sensum/ significare potest/ coronationem et illam illusionem/ quando soluto Christo a columna ducebatur: sic nudus flagellatus perscrutando pro vestibus suis: que sparsim per domum proiecte a spoliatoribus fuerant.

Tanq̄ vellet se vestire cōtendunt pessimi dicentes pilato. Dn̄e hic se regē
facit coronemus cum more regio. Et accipiētes clamidē sericā rubeam ve-
terem ꝛ turpem vestierunt eū: ꝛ spinis coronauerūt/ꝛ sceptro arundineo
in dextram dato/ꝛ illusorie dicentibus. Aue Rex iudeorū cū adorauerunt
quibus signare voluerūt regnū eius esse ludibrio/ꝛ pena dignū: ꝛ tāq̄ arū-
do fragile: ꝛ infirmū non ratum. Cum tn̄ ipse dixisset regnū meum non est
de hoc mundo. De quo danielis vij: potestas eius potestas eterna/que nō
auferetur: ꝛ regnum eius quod non corrūpetur. Crux autē in verbo bene
dixit significare potest: ꝙ milites accipiētes arundinē capiti eius coronā spi-
neā vsq̄ ad cerebrū violēter impresserūt: vt sanguis ei⁹ ex capite copiose deflu
ens frontē genas ꝛ collum rubricaret. Pilatus autē sic immunissime pmi-
sit Christum tractari: vt hoc modo saltem iudeorū furorē mitigasset ne vsq̄
ad mortē seuire prenderet: vt dicit Aug: de cōsensu euāgelistarū li.iij.c.xiij.
Acceptio quoq̄ hostie p celebrātem significare potest illā pparationem: q̄n
pilatus pparauit se adducere Jhesum foras vt ostenderet eum iudeis cū
insignijs illusionum/secundū illud Joannis xix Ecce adducā eū vobis fo
ras/vt cognoscatis quia in eo nullā causam inuenio. Sicq̄ eleuatio corpo
ris Christi representat illam passionē/quā Christus sustinuit: quando exi-
uit de pretorio portās coronam spineam ꝛ purpureū vestimētum/vndiq̄ san
guinolentus facie in terram demissa: sanguine p oculos: genas: nares: ꝛ col
lum copiose fluente ꝛ deformante. De quo pilatus quasi ad eū excusandū
ꝛ liberādum dixit. Ecce homo. ꝛ iterum Ecce Rex vester: Et tamē: nec sic
inuidi iudei eius sanguine tam copiose effuso/tantoq̄ eius cruciatu ꝛ op-
probrio fuerunt saciati. Sed econtrario crudeliter clamabant. Tolle tolle
crucifige eū: quod multum creditur fuisse penale dn̄o Jhesu tam inno-
centi ꝛ verecūdo: vn̄ sicut furor iudaicus clamabat voce canina. Tolle tolle
Crucifige eū. Sic nos econtra videntes corpus Christi eleuari cum suspirio
dicamus. Aue salus mundi/vel Salue saluator: ꝛ huiusmōi. Post eleuatio
nis/ꝛ ante: nola pulsatur/quia in lege moysi tempe sacrificij tubis clange
bat: ꝛ sic etiam laudamus cum in cimbalis/ꝛ etiam vt populus pparet
se ad deuotionē ꝛ orationem. Candele ꝛ faces accendunt/quia corda fide
lium circumastantiū accendi debēt deuotius: ꝛ inflāmari feruentius/ad a-
dorādum eū: qui est candor lucis eterne ꝛ ignis cōsumens/qui nunq̄ extin-
guitur.

Deinde celebrās discooperit calicē, & pollices ac indices su
per illius labium aliquantulum tergit, & eos iterum iungit,
& stans erectius dicit secrete.

Simili modo postq̄ cenatum est.

Ambabus manibus accipit calicē iuxta nodum infra cuppā
calicis & illum aliquantulum eleuat, & sine mora reponit in
eundē locū de quo eū leuauit, sup corporale, interim psequens

Accipiens ꝛ hunc preclarū calicem sanctas ac venerabiles manus
suas: item tibi gratias agens.

Tenet calicē manu sinistra p nodum infra cuppam, dextra

vero signando super eum dicit.

Bene ✠ dixit: deditq̄ discipulis suis dicens: accipite ⁊ bibite ex
eo omnes.

Accipit ambabus manibus calice, videlicet cum sinistra pe-
dem, cum dextra vero nodū infra cuppā calicis, & cubitis su
per altare positis, stans inclinato capite, super calicem secrete
distincte & reuerenter verba consecrationis profert dicens.

Hic est enim calix sanguinis mei: noui: ⁊ eterni testamenti: myste
rium fidei: qui p̄ vobis: ⁊ p̄ multis effundetur in remissionē pctōꝝ.

Hic ponuntur verba efficientia cōsecrationē sanguinis Christi. Unde di
citur Similimodo postq̄ cenatum est/id est eodem modo: quo Christus
prius accepit ⁊ cōsecrauit panē/quantum ad eius bonitatē: charitatem/vir
tutem/⁊ gestorum cōformitatē: vt sic eisdem cerimonijs seruatis idem effe
ctus sub vtraq̄ spetie crederetur ⁊ esset/scilicet/vt sic cessantibus veteri-
bus noua institueret sacramenta: ⁊ vt ipsa in cordibus arctius fixa remane-
rent. Uel sic Similimodo: quasi diceret sicut caro Christi sub forma panis a
Christo cōsecrata est/⁊ omnibus discipulis ad manducandū data: Simili
modo/idest eodem modo vinum corporale. Postq̄ cenatum est/idest cele-
brata cena in esu agni paschalis scꝫ dns Jhesus. Accipiens ⁊ hunc preclarū
calicem: idest p̄ alijs clarum tam quo ad vas/q̄ quo ad cōtentum: maxime
ppter preclari/ac corusci sanguinis sui puritatem: in quē vini liquor est ver
tendū/⁊ sic non figuralem vmbrosū: ⁊ nubilum: ⁊ ad significandum: q̄ nō
nisi in decenti vase: ⁊ vino est celebrandum. In sanctas/idest sanctificantes
quia deitati vnitas. Ac venerabiles manus suas: idest a nobis in omni vene
ratione recolēdas ⁊ habendas: imo summa veneratione adorabiles: vt sic ta
cta sanctarum/ac diuinarum manuū suarum vino cōferret: vt esset materia
cōsecrandi sui sanguinis debita. Item: idest iterum. Tibi patri gratias agēs
idest gratiarūactiones referēs. Benedixit: idest cōsecrauit virtute diuina.
Deditq̄: idest Distribuit discipulis suis/ad significandum/q̄ nemo hoc
sacramentum digne pcipit/nisi ipsius fuerit discipulus p̄ fidem: charitate
formatam. Joannis xiij. In hoc cognoscent omnes/q̄ discipuli mei estis: si
dilectionem habueritis adinuicē. Est enim hoc sacramentū corpus Christi
videlicet ⁊ sanguis spetialiter fidei ⁊ dilectionis: dicens. Accipite/scilicet
de manu mea reuerenter cum deuotione: ⁊ sacramentaliter p̄ fidem. Et bi
bite scꝫ spiritualiter ad incorporanduꝫ. Ex eo scꝫ sanguine vel calice. Om-
nes scilicet vos mei discipuli/⁊ capitur hic lrā omnes collectiue. Hic est: id
est existit/scꝫ xp̄e p̄ quo pfertur/demonstratio: hoc est oratione cōpleta:
quia tunc primum habetur eius sensus ⁊ effectus demōstrando ad sensum
spetiem vini/⁊ ad intellectum sanguinē christi. Calix idest potus alias vi-
num cum aqua mixtum in calice: ⁊ ponitur cōtinens p̄ cōtento. Sanguinis
mei veri ⁊ naturalis. Et valet tantū calix sanguinis mei/idest potus/qui ē
sanguis meus. Unde Bonauē. dicit. licet sanguis ponatur in obliquo: intel
ligitur tamen intransitiue in recto/vt poculum vini/creatura salis: idest po
culum quod est vinum/⁊ creatura/que est sal: vt sit cōstructio intransitiua.
Noui ⁊ eterni testamenti. Nouū dicitur respectu veteris testamēti: cui suc-

cessit. Et quemadmodũ vetus testamentũ fuerat stabilitum p aspersionẽ sã guinis sup volumẽ federis / τ super populum Moyse Exodi xxiiij. dicente / Hic est sanguis federis: quod pepigit dominus vobiscũ sup cunctis sermonibus his. Sic τ nouũ testamẽtum effusione sanguinis Christi τ intercedẽte morte ipsius est cõfirmatũ. Vñ apostolus ad hebreos ix. scribens ait / vbi enim testamẽtum est: mors necesse est intercedat testatoris: testamẽtum enĩ in mortuis confirmatũ est / alioquin nõdũ valet / dum viuit: qui testatus est. Unde nec primum quidẽ sine sanguine dedicatum est. τc. Eternum vero: id est ppetuũ τ a pte post. Quia eternaliter durabit: τ nõ reuocabitur: quia nõ est aliud testamentum illi successurũ / sicut veteri successit nouũ sed vsq ad finem mundi pseueraturũ ẽ. Queadmodũ pmisit dñs p Esayã eiusdẽ: lv. dicens feriã vobiscũ pactum sempiternum. Additur mysterium fidei. Mysterium quidẽ nomen grecum idẽ significat quod secretum τ occultum neq passim omnibus patẽs / tale aũt fuit sacramentũ humane redẽptionis p sanguinẽ Christi cõpletum τ pfectum. Prius quidem sub figuris veteris testamẽti absconditum in Christi morte τ passione patefactum. Et absconsa prius mysteria Christi iam reuelata patuerunt. Dicitur etiã hoc sacramẽtum mysteriũ fidei / quia totũ id sola fide attingitur: quod cõtinetur in hoc sacramento. Et sola fide cõphenditur / quicqd ad veritatẽ huius mysterij ptinet quantũ ad cõuersionẽ cõtinentia: substantias τ accidentia vt quãuis in omnibus sacramentis fides sit necessaria / in hoc tamẽ tanto maior τ firmior qñto id pponitur magis: captum fugit humanum τ altius supra sensum τ rationẽ eminet. Tertio dicitur hoc sacramentum mysteriũ fidei: quoniã aliud ibi cernitur τ aliud intelligitur. Cernitur enim species vini τ creditur veritas sanguinis Christi: quã credere debemus τ fide amplecti. Calix ergo sanguinis est mysteriũ fidei: quia sub figura τ sapore vini occultus creditur verus sanguis Christi: Demũ sequitur. Qui scilicet sanguis. Pro vobis scz presentibus. Et p multis: scilicet absentibus: τ futuris: nõ aũt p omnibus efficaciter / eo: q plures se indignos faciant. Effundetur / idest totaliter τ penitus ex corpore fundetur: τ referendũ est / hoc verbum effundetur / ad tẽpus / quod in hora institutionis fuit futurũ τ non ad illud / quod nunc post horam cõsecrationis est futurum / quia certum est: q in futuro nõ effundet quia mors vltra Christo nõ dñabitur. τc. ita: q tantũ valeat effundetur: id est effundendum erat / nunc aũt effusum est in remissionẽ peccatorũ / put in veteri testamẽto multipliciter fuit figuratũ: vbi pene oia in sanguine mũdãt τ sine sanguinis effusione nõ fit remissio ad hebre: ix. Christi enim passio est sufficiens remediũ ad remissionẽ peccatorum. Secundo nota / q in calice sub spetie vini est integrũ corpus Christi / sicut τ in Eucharistia sub spetie panis. Sub vtraq enim spetie / panis videlicet τ vini / est Christus viuus / corpus: animã τ sanguinẽ in se cõtinens / τ idem: τ vnũ sacramẽtuz ratione cõtenti: possunt tamẽ dici diuersa sacramenta / ratione spetierum cõtinentium. Vñ cũ dicitur in cõplendis pficiant nobis sacramẽta. τc. ibi fit relatio ad cõtinentia siue significantia / Sed cum dicitur in singulari / vt hoc tuũ sacramẽtum. τc. fit relatio ad cõtentum: τ significatum. Sed diceret aliquis. Ex quo in hostia est integrũ corpus Christi viuũ: quod sine sanguine esse nõ potest. Sicut nec corpus hominis viui sine anima τ sanguine: nec sanguis hominis viui sine corpe τ anima. τc. τ in calice est e ptã integrũ corpus

Christi. Quare ecclesia vtitur superfluè altero sacramēto. Respondetur secundum Panor. in.c. cum Marthe. de cele: missarum / quod propter tria: primo ad representandū Christi passionē. De cuius corpore exiuit sanguis. Ideo vinū transubstātiatur in sanguinē principaliter. Unde ex vi sacramēti sanguis principaliter est in calice: sed ex cōcomitātia necessario est ibi corpus cum aīa. In eucharistia vero ex vi sacramēti est ibi corpus / sed ex mera concomitātia est ibi sanguis cum anima. Secundo, quia magis cōuenit huiusmodi sacramento vt corpus detur in cibū et sanguis in potum. Tertio propter effectum / nam corpus principaliter datur pro salute corporis. Et sanguis pro salute anime. Et ex his potes sumere rationē: quare cōicantibus datur tātū eucharistia et nō sanguis / quia recipiendo eucharistiā sub spetie panis recipit corpus et sanguinē / nec est necesse / vt iterum recipiat sanguinē: quia (vt dixi) cum sanguine est integrū corpus / sed sacerdos vtitur his duobus sacramentis ad representandū (vt dixi) passionem Christi / hec ille / patet ergo quod hoc sacramentū debet solū sumi a sacerdotibus sub vtraque spetie. Quoniam sacrificant et Christi mortē suo sacrifitio representant. Sanguinē videlicet a corpore seperatum. Ceteris vero nō sacrificantibus satis est spetiē panis accipere: in quo totus Christus: hoc est caro: sanguis: et anima: cū deitate sumitur. Cur igitur / qui non celebrat: sub vtraque spetie cōicare debeat cū sub spetie panis totū et integrum Christū acceperit / nam si Christus vnicam panis spetiem duobus illis discipulis in castellū Emaus profectis: et paulus in naui: Luce et ceteris discipulis suis: identidem solā spetiem panis exhibuerit: quis nō cōsequenter videt sufficere sibi spetiē vnicam prout id et tēpore apostolorum factum legitur. Dicitur enim actuū ij. erant perseuerantes in doctrina apostolorum: et cōicatione fractionis panis et orationibus. Sed preter hec velut in vmbra quādam licebit idipsum ex alijs Christi factis videri. Cū enim / vt traditur Joannis vi. Christus ex quinque panibus quinque milia hominū pauit. Credibile est nullū illic vinū affuisse: et tamē hec refectio ceu quedā vmbra / fuit cōionis carnis sue. Quod ex eo patet / quod inde sumpserat occasionē plurima disserendi super sue manducatione carnis / quā et panē vocat. Facit ad hoc / quod in oratione dñica petere docemur panem illum supersubstantialem / hoc est panē corporis Christi. Pro cuius quidē panis sumptione Christus in euangelio multa pollicetur / pro spetie vero reliqua / hoc est pro spetie vini / nihil promittit. Pro illo dicitur panis verus est / qui de celo descendit dat vitam mundo. Et rursum hic est panis de celo descendēs vt si quis ex ipso manducauerit nō morietur. Ego sum panis viuus qui de celo descēdi: si quis mādūcauerit ex hoc pane viuet in eternū / et panis quē ego dabo caro mea est pro mundi vita. Que verba plane cōuincunt / hoc totū capitulum Joannis sextum pro eucharistia debere accipi: pro cuius sumptione sub spetie panis vitam Christus pollicetur. De reliqua vero spetie: videlicet vini potatione nullibi in euangelio vita pollicetur. Nam si allegaueris illud hic calix nouū testamentū est in meo sanguine / nihil promittit pro calicis potatione. Nec illud / si ex matheo / quod sequitur adiunxeris / qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Non enim hic remissio peccatorum pro calicis potatione promissa est / sed pro sanguinis duntaxat effusione. Sed aliquis dicet an nō / Christus dicit: nisi manducaueritis carnem filij hominis / et biberitis eius sanguinē / nō habebitis vitam in vobis. Respondetur. Primo

Quod autē Christus sub vna spetie cōmunicauit similiter apostolus: testes sunt Lucas: Augu: de cōsensu euāgelistarū. li. 3. c. xv. Chrisostomus homelia xvij. super Matheum: et alij patres eximij.

hoc obicere nō posse/cum sit capitulū sextum Joannis: cuius quidem verbum nullū ad hoc sacramentum affirmat ptinere. Testes sunt Cirillus: Hilarius: Ciprianus: ac ceteri patres eximij. Deinde nihil dubitamus asserere q: qui sub spetie panis Christum sumit: eundem & carnē eius manducare ac sanguinē bibere: cum & carnē integram accipiat: cuius acceptatio esus. Dicit & sanguinē integrū: cuius sūptio potatio dici poterit. Tertio dicim⁹: q nihil his verbis de vini spetie traditur: sed de sanguine dumtaxat: qui nūq ab hoc pane separatur. Caro enim viua cōtinet in se sanguinē viuū. Nō potest igitur ex euangelio pbari Christum sub vtraq spetie populū cōicasse/ aut dari iussisse. Sed inquiet aliquis: Christus accipiens calicem: gratias egit & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Dicendum est: q hoc omnes refertur ad illos: qui tunc cum Christo cenauerant: videlicet ad duodecim dūtaxat apostolos/vt ex euangelistis liquet/qui (nō sine causa) certū numerum discubencium narrant: ad quos pfata verba dicta sunt. Quod si allegauerit aliquis: quod paulus ad Corinthios prima epistola capitulo vndecimo scribit/dicendū est: ibi apostolus nihil dicit: nisi: quod ipse Christus in cena gesserat/que verba nullo pacto possunt intelligi ad laicos fuisse dicta. Quomodo enim potuit ad laicos dici/hoc facite quotiēscūq bibetis in meam cōmemoratiōnē. Quid est/hoc facite: idest cōsecrate/quotiēscūq bibetis. Nemo bibiturus est ex calice: nisi prius cōsecrauerit. Nam dicit quotienscūq bibitis at qui laicū nemo sane mētis dixerit: posse consecrare Non igitur laicis dictum fuit/neq iussum est a Christo: quatenus vtramq speciem acciperent laici. Nec potest de hoc ostendi aliq scriptura. Solis ergo sacerdotibus (quibus & cōsecrandi tribuit potestatem) vtrāq spetiem Christus porrexit & ab eis vtrāq voluit sacrificari quatenus hoc ipsum representarent sacrifitium quod olim ipse patri p nobis in altari crucis immolauit. Sic sancti patres sentiunt. Sic ecclesia docet credendum. Vñ eucharistia bifariā cōsiderari potest: aut qñtum ad efficatiā: aut quātum ad significanciā. Quantū ad efficatiā nihil amplius sub vtraq spetie cōtinetur: quā sub altera tantum: totus enim Christus cū anima sanguine corpore & deitate: non minus sub vini q sub panis spetie/cuiq siue laico: siue sacerdoti cōfertur. Sed quantum ad significantiā spectat aliud est. Sic enim eucaristia representat sacrifitiū/quod p nobis Christus in cruce obtulit. Cum videlicet a corpore sanguis erat separatus. Et quoniā significantie mysteriū magis ptinet ad cōsecrantem: quā ad suscipientem: Ideo quotiens sacerdos missam celebrat: sacramentū: hoc sub vtraq spetie cōsecratur. Nō solum vt astantibus passionis Christi memoria viuacius ingeratur: verum etiam: vt tali sacrifitio (quo nihil melius aut acceptius offerri deo queat) diuinā ipsi munificentiā facilius pmereamur. Cum vero sacerdos nō celebrat/sed laicorum more suscipiat ab alterius sacerdotis manu. Jam sub vna spetie panis istud sacramētum ei cōicatur: quēadmodū: Ambrosio: Hieronimo: Eusebio aliisq sanctis innumeris in eorum ab hoc seculo migratione factum legitur. Verba ergo illa/nisi māducaueritis carnē filij hominis: & biberitis eius sanguinē. &c. q quis sub vtraq spetie sacramētaliter cōicare debeat nō cōcludunt/quia loquūtur de manducatione & bibitione spūali: que nō distinguunt/quia qui manducat spūaliter bibit spiritualiter/& econuerso non de carnali/neq sacramētali. Sicut carnaliter verba Christi intelligen

tes abierunt retrorsum. Unde Christus verba sua ꝓdicta discipulis mann-
tibus exponēs dixit. Spiritus est: qui viuificat caro nō ꝓdest quicꝙ: Uer-
ba que ego locutus sum vobis spiritus ⁊ vita sunt: idest spiritualiter intel
ligenda. Manducare igitur carnē filij hominis: nihil aliud est nisi venire ad
Christum. Et bibere eius sanguinē: est credere in ipsum: ⁊ in ipso manere.
Et hoc est: quod ipse Christus in eodem capitulo Joannis vi. dicit. Ego
sum panis vite qui venit ad me non esuriet. Et qui credit in me nō sitiet in-
eternum. Unū beatus augu. in omelia dicit Christus exposuit quō id fiat: qō
loquitur / ⁊ quid sit manducare corpus eius: ⁊ sanguinē bibere / ⁊ qui man
ducat carnem meā ⁊ bibit meum sanguinē in me manet ⁊ ego in eo. Hoc est
ergo manducare illam escam / ⁊ illum bibere potū in Christo manere ⁊ illū
manētem in se habere: ac ꝑ hoc qui nō manet in Christo ⁊ in quo nō manet
Christus ꝓcul dubio nō manducat spiritualiter eius carnem / licet carnali
ter ⁊ visibiliter premat dentibus sacramenta: hec ille. Origenes etiā i ome
lia sup illa verba caro mea vere est cibus ⁊ sanguis meus vere est potus. ⁊c.
dicit panē ac carnē ⁊ sanguinē suū vocat hic dominus fidelium societatē in
corpore suo / quod est ecclesia: panem / quia ecclesia quotidie reficit: quos
recipit / ⁊ in ea quousꝙ ad plenam societatē ꝑuematur alter alterum verbo
⁊ exemplo pascit. Unde dñs ad petrum pasce oues meas. Caro etiam ⁊ san
guis Christi ecclesia dicitur / quia incarnatione verbi: fide / ⁊ sacramētis vni
ta viuit de spiritu Christi. Sicut enim corpus vniuscuiusꝙ hominis viuit de
spū suo: idest. de anima sua. Ita fideles aīe viuūt de spū sancto. Unꝰ ergo pa
nis ⁊ vnū corpus: siue vna caro ⁊ sanguis Christi multi sumus. Et post pau
ca subinfert: hoc est ergo manducare illam escam ⁊ illum potum bibere in
Christo manere ⁊ illum manētem in se habere. Igitur sacramētalis cōīo nō
est simpliciter ⁊ semp necessaria / sed spūalis: quomodo etiam cōīcant par-
uuli baptisati: eo: ꝙ ꝑ baptismum ꝑticipes efficiuntur corporis ⁊ sanguinis
Christi. Similiter Maria Magdalena. Maria Egipciaca / ⁊ alij multi san-
cti: qui ꝑ plurimos annos sacramētaliter nō cōīcabant / ⁊ aliqui nec ipsum
sacramentū viderunt: quia tunc ecclesie non erat ꝓceptū / quod nunc artat
quēlibet christianum / ꝙ saltem semel in anno: etiam sacramētaliter cōīcet.
Ergo sanguinē sacramentaliter bibere laicis nō est de necessitate salutis.
Hoc enim affirmat ⁊ in vsu habuit / ⁊ habet tota vniuersalis ecclesia / ⁊ ab
omnibus ita obseruari debet. Nam scriptura sacra in sui receptione ⁊ expo
sitione autentica finaliter resoluitur in auctoritatē: receptionē ⁊ ap ꝓbatio
nem vniuersalis ecclesie / que recepit eam ⁊ eius intellectum immediate a
Christo ⁊ reuelante spiritu sancto in die pēthecostes: ⁊ alias pluries patet
ꝙ quia Matheus vel Joannes. ⁊c. scripserunt veraciter euangelium ⁊ Tho
mas vel Bartholomeus. ⁊c. non: solum habemus ab auctoritate ecclesie.
Iuxta beati Augustini: contra epistolā manichei quam vocant fundamēti. c.
v. dicentis ego vero euangelio non crederē / nisi me catholice cōmemoret
auctoritas. hec ille. Hec est enim ineffabilis regula a spiritu sancto data vel
directa / que in his: que fidei sunt / nec fallere potest / nec falli: quod est ꝑ
mum / ⁊ ꝑcipuū in fide tenendum / quo nō credito / nō sup est arguere cō-
tra sic negantē / sicut nec cōtra negentē. prima principia in scientijs arguē
dum esse tradit Aristoteles. Nec posito casu / ꝙ in primitiua ecclesia fuisset
ad tempus ante multiplicationē fidelium. cōsuetudo talis scʒ cōīcatio lay-

eorum sub vtraque spetie obseruata. Sed post multiplicationē fidelum postquam fides fuit diuulgata per vniuersum mundū per apostolos et alios missos discipulos: presens cōsuetudo scilicet de non cōicando laycos sub vtraque spetie licet et rationabiliter est introducta et obseruari debet inuariabiliter: et hoc propter euitationē multiplicis periculi: irreuerentie et scādali: circa susceptionem huiusmodi sacratissimi sacramenti. Primū periculum in effusione sanguinis Christi: quod facile cōtingere posset/presertim in tanta multitudine cōicantium. Ubi sepe cōueniunt tremuli/tussientes: infirmi/paruuli aut alias inepti. Sic autem irreuerenter et negligēter tractare sanguinem Christi quam grande sit peccatum patet ex graui penitentia qua sacerdoti precipitur in hoc casu penitere quadraginta diebus: scilicet ieiunando et a celebratione abstinendo/vt dicitur de con. di. ij. Si per negligētiam. Secundum periculū in deportatione de loco ad locum. Tertium in vasorū sordidatione que deberent esse sacrata/nec passim tractata/vel tacta a laycis. Quartū in barbis longis laycorum. Quintū in conseruatione pro infirmis quoniam posset in vase acetum generari/et ita desineret/ibi esse sanguis Christi. nec suscipiendum esset/nec nouiter consecrandum sine missa: et fieri posset/quod daretur acetum purum pro sanguine Christi ydolatrisando: addito quod in estate bibiones/aut musce generarentur/quantūcunque esset vas clausum/quandoque etiam putresceret: aut fieret velud abhominabile ad bibendum/et hec ratio est efficax valde: et ex alia ratione. Quando alij multi prohibuissent. Et queritur: in quo vase fieret cōsecratio tanti vini: quantū requirit in pascbate pro decem/aut viginti milibus personarum. Sextum damnū esset in sumptuositate vini/saltem apud multas partes in quibus vix inuenitur ad celebrandum/et alibi care cōparatur/vel haberi non potest/propter quā causam (vt dicit Angelus de Claua in sua summa) potest papa dispensare vt etiam et sacerdotes in illis terris vbi vinum haberi nō potest/celebrent et conficiant sine spetie vini corpus Christi/quod (vt dictum est) non est sine sanguine/ne propter defectum sacramēti incurrāt maximum damnū: et nō tantum hoc: sed etiam contra alia precepta diuina/ex rationabili causa ipse papa dispensare potest. aliter (vt dicit Richardus in iiij. di. xxxviij) nō videretur deus fuisse bonus paterfamilias/nisi dimisisset pastorē super gregem suum/qui posset cōsulere omnibus ocurrentibus et necessario expediendis. Nec obstat c. Literas de resti/spo. et similia: que videntur dicere quod contra legem diuinam/et euangelicam/aut apostolicā nō potest papa dispensare/ vt in. c. sunt quidam xxv. q. j. Quia verum est vbi ratio legis nō cessat. Secus est si occurreret casus particularis/in quo deficeret ratio legis/propter causas spetiales impedientes obseruationē preceptorū legis ex applicatiōe ipsorū ad diuersas materias. Tunc papa (exemplo apostolorū qui ex rationabili causa cōtra euangelium/formā baptismi mutauerant) potest dispensare: et est tutus dispensatus. Unde firmiter credendum est: quod si aliquis petens dispensationem in aliquo casu contra legem dei non interponat importunitatē munerum: vel precum/sed simpliciter ponat se in manibus ipsius pape exprimendo casum suū: quod deus non permittet errare vicarium suum in dispensando/vt inquit Ange. de claua. in verbo. Papa. §. ij. Alij vero dicunt: papam nō posse dispēsare quod sacerdotes sine spetie vini celebrent. Quia ea: que sunt substantia seu integritate sacramentorum mutari nō possunt: secūdum

.s.Thomam.iij.q.lxxiij. Eucharistia enim est sacramentum vnitatis/vt probant doctores in.iiij.di.viij.et de Conse.di.ij.c.Quia passus. In quo tria sunt: species visibilis panis et vini. Corpus Christi verum. Et corpus Christi mysticum idest ecclesia et vnitas ecclesie. Cum igitur Eucharistia est sacramentum vnitatis: et vnitas diuisionem non recipit.xxiij.di.Quorundam. Sacerdos igitur celebrando tenetur simul sub vna oblatione offerre panem et vinum/et consecrare/ac sumere vtrumque. Nec sufficit alterum sine altero/quia sacramentum esset imperfectum et incompletum/et esset contra institutionem Christi. Et immane sacrilegium. Unde concilium toletanum contra tales excommunicationis sententiam tulit.vij.q.j.nihil. Nec obstat/quod sub vna spetie panis a fidelibus sumitur/quia hoc sacramentum non consistit in vsu fidelium/sed in consecratione materie secundum.s.Thomam.iij.q.lxxx. Unde secundum ipsum eadem parte.q.lxxiij. Dicendum est: quod non est aliqua terra: ad quam non posset tantum portari de vino quantum sufficeret ad celebrandum. Rationibus autem et alijs periculis/que possent ex communione sub vtraque spetie sequi/omissis videndum est: quid per crucis signum significatur. Respondetur/quod hec crux in verbo benedixit/significat illam passionem: quam Christus sustinuit/quando crucem suam proprijs humeris vsque ad locum caluarie portauit/et maxime: quando eum ante crucem ignominiose nudauerunt: et vestes eius vulneribus induratas probabiliter violanter abstraxerunt: ita: vt vulnera renouarentur: ac sanguinem copiose funderunt.

Reponit calicem super corporale dicens secrete.

Hoc quocienscunque feceritis in mei memoriam fatietis.

Et genuflexus sanguinem reuerenter adorat, tum se erigit, accipit calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus vt prius, eleuat eum erectum quantum comode potest, illum populo ostendens adorandum, & mox ipsum reuerenter reponit super corporale, in locum solitum, & manu dextra ipsum palla cooperit, & genuflexus sacramentum veneratur. Interim dum celebrans calicem eleuat, Minister manu sinistra eleuat dictas fimbrias, & posteriorem partem planete celebrantis, vt prius, & postquam celebrans calicem super corporale reposuerit, surgit extinguit intorticium, & reponit in locum suum.

¶ Tradita forma consecrationis additur efficatia significationis consecrati corporis et sanguinis Christi. Et est sensus littere: O vos mei discipuli et vestri in officio legitimi successores presbiteri. Quotienscunque. Hoc idest corpus et sanguinem meum. Feceritis: idest consecraueritis et manducaueritis. Fatietis in memoriam/idest in representationem. Mei. scilicet sacrificij in cruce pro te nunc offerendi: hoc est mortis et passionis. Et habetur hec verba originaliter. Luce xxij.

¶ Nota primo/quod ex his verbis ostenditur vna causa institutionis huius sacramenti: vt videlicet in ecclesia militante esset perpetuum memoriale passionis dominice in qua sanguis a corpore erat separatus. Nam primo sanguis subtilis et intercutaneus per sanguineum sudorem effusus fuit. Secundo sanguis magis grossius etiam intercutaneus per flagellationem extractus fuit. Tertio

sanguis capitis p spinee corone impressionem. Quarto sanguis neruorum effluxit p clauorum infixionem. Quinto sanguis alens cor ⁊ vitam p lancee transfixionem. Et sic totus sanguis Christi in passione extractus ⁊ separat⁹ fuit a corpore Christi. Ideo in memoriā istius ⁊ representationem (vt dictū est) sanguis Christi in calice separatim cōsecratur. Et corpus in panis spetie q̄ ꝗtum ad cōtentū sunt vnū ⁊ idē sacramētū. ¶ Scdo nota ꝙ hec verba cōmemorationis ponuntur potius post consecrationē calicis ⁊ sanguinis magis / ꝙ post cōsecrationē corporis / licet ad vtrūqꝫ referantur. Quia expressius significatur amaritudo passionis Christi p calicem ⁊ sanguinē: ꝙ p corpus: qa corpus potest esse sine passione. Sanguis vero nō potest esse sine corporis lesione. Vn ⁊ in die passionis / scilicet parasceues sacerdos nō cōsecrat sanguinē / sed tunc sumit tm̄modo sacramentū sub spetie panis / ad refectionē potius ecclesie: ꝙ ad significationē passionis / quia alias p totum offitium illius diei sancta mater ecclesia memoriam facit passionis Christi. Ex quo etiā sume argumētum / ꝙ non est necesse sanguinē cōsecrare ꝓpter cōicaturos quia (vt dictum est) non ad hoc sanguinis cōsecratio instituta ē sed ad representationem passionis Christi. Nec hic ꝑtereundū est hoc vnū singulare ⁊ memoratu dignum / quod in die parasceues agitur. Nam tunc in offitio misse / hostia cōsecrata in vinū nō cōsecratū mittitur. Hoc fit ideo quia ista die Christus totus immersus erat in aquis tribulationis vt figuratum fuit in Jona / qui fuit missus in aquam maris vel ideo / quia Christus in die parasceues totaliter in suo sanguine est madefactus. ¶ Tertio nota ꝙ eleuatio calicis / in cruce Christi extensi eleuationem cum eadē cruce vel in cruce a terra significat / hora sexta tunc currente / post cuius terminū tenebre facte sunt vsqꝫ ad horam nonā. ¶ Sequitur quarta pars canonis in qua cōmemorantur / que Christo in hora sexta ⁊ infra vsqꝫ ad nonā in cruce pendenti acciderunt.

Per eleuationem calic⁹ quid significatur.

Dum celebrans vt prius ante altare, extensis manibus ante pectus more consueto dicit secrete.

Unde ⁊ memores dñe nos serui tui: sed ⁊ plebs tua sancta Christi filij tui domini nostri tam beate passionis: nec nō ab inferis resurrectionis: sed ⁊ in celos gloriose ascensionis: offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis.

Iungit manus ante pectus, cum manu dextra signat ter communiter super hostiam & calicem dicens.

Hostiam ✠ puram. Hostiam ✠ sanctam. Hostiam ✠ imaculatā

Sup hostiam tantum signat dicens. Panem ✠ sanctū vite eterne

Super calicem tantum signat dicēs. Et calicem ✠ salutis ꝑpetue.

¶ Hec est quarta pars principalis Canonis / in qua (postqꝫ facta est ⁊ postra oblatorum cōsecratio) fit cōsecratorum cōmemoratio. Et diuiditur in tres ꝑticulas. In quarum prima sacerdos ad memoriam reuocat Christi passionem. Resurrectionem: ⁊ eius ascensionē / p quib⁹ donis gratuitis: offerre se dicit hostiam puram. ⁊c. Partes alie patebunt in ꝓcessu. Et est sententia talis. O dñe pater. ex quo oblatio huius sacrificij fieri debet in filij tui memoriam ⁊ eius mortis ⁊ passionis. precepit enim hoc dominus ipse Jhesus

sus fieri in sui memoriam dicens: hoc facite in mei memoriam. Unde: .i. ex hoc precepto. Nos sacerdotes servi tui. Et plebs tua: idest. popul⁹ Christianus passione filii tui sanctificatus existẽtes memores eiusdem Christi filii tui dñi nostri. Tã beate passionis: scilicet: que nos beatificat. Nec nõ: idest etiã resurrectionis. Ab inferis: idest a mortuis. Et gloriose ascensionis: offerimus tibi de tuis donis gratuitis hostiam purã. etc. ¶ Nota primo: q̃ in litera ditur. Unde et memores ad inuendũ: q̃ dominus Jhesus sacerdotibus pceperat vt hoc in eius memoriam facerent. idcirco tria cõmemoranda pponit ecclesia vz Christi passionem: resurrectionẽ/ et ascensionẽ/ quorũ primũ accendit charitatẽ. Secundum corroborat fidem. Tertium: scz ascensio letificat spem. Quid enim in nobis magis charitatem accendit/ q̃ q̃ pprio filio suo non pepercit deus: sed p nobis omnibus tradidit illũ. Quid magis in nobis fidem cõfirmat: q̃ q̃ Christus resurrexit a mortuis primitie dormientium. Quid magis in nobis ampliat spem/ q̃ q̃ Christus ascendens in altum captiuam duxit captiuitatẽ dedit dona hominibus/ vt ibi ipse est illic et minister eius sit hec Innocentius. ¶ Ulterius est notandũ/ q̃ sacerdos hanc orationem dicens: facit quinq; cruces sup species sacramenti. Tres cõiunctim sup vtrasq; species/ et duas distincte sup panis speciem: et calicis/ ppter correspondentiã ad verba/ quorũ quedam specialiter panis sacramentum/ quedam calicis representant/ quedam coniunctim seu eque vtrumq;. Et sicut supra dictum est: q̃ cruces ante cõsecrationẽ facte significant ea/ que pcesserunt crucifixionem Christi. Ille vero: que sequuntur cõsecrationem significant ea: que Christus in cruce et post crucẽ passus est: et egit. Uñ quia secundun Inno: ecclesia se dñice passionis memorẽ dixerat tantim acerbiorem sue passionis speciem recolit in quinq; crucibus quas (vt dictum est) format sacerdos ad plationẽ verborum pmissorum scilicet hostiã puram. etc. His quinq; crucibus (vt dicit Gabriel) significãt vulnera quinq; manuum pedum et lateris in cruce accepta/ seu inflicta/ que sunt petre viuentis foramina/ in quibus residet illa immaculata columba videlicet sancta ecclesia sponsa Christi fructuose nidificans. Canticorum ii. Duo scilicet manuũ/ et totidem pedũ/ et vnum lateris/ que fideli cõtemplant memoris hec ille. lec. liiij. Cui cõcordat rationale li. iiij. in octaua parte Canonis. Sic etiã quelibet anima deuota in horum vulnerũ meditatione versata/ tute in eis requiescit/ accenditur/ illustratur. De quo Aug/ in manuali xxi. c. ait Tuta et firma requies est infirmis et peccatoribus in vulneribus saluatoris. Nã vulnera Jhesu Christi plena sunt misericordia: plena pietate/ plena dulcedine/ et charitate/ p foramina corporis patent mihi arcana cordis/ p magnum pietatis sacramentũ: patent mihi viscera misericordie domini dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto. et sequitur. xxii. c Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio/ recurro ad vulnera Christi. Cũ me pmit caro mea recordatione vulnerũ domini mei resurgo. Cum dyabolus mihi parat insidias fugio ad viscera misericordie domini mei/ et recedit a me. Si ardor libidinis moueat membra mea/ recordatione vulnerũ domini nostri filii dei extinguitur. In omnibus aduersitatibus nõ inueniam efficax remediũ/ q̃ vulnera Christi/ in illis dormio securus/ requiesco intrepidus/ Christus mortuus est p nobis/ nihil tam ad mortem/ quod morte Christi non sanetur tota spes mea est in morte domini mei. etc. hec aug. Alii autẽ dicunt q̃ quinq;

Per signa hec crucz de pcat.

hec signa crucis cum duobus sequentibus in primo significant septem passiones/quas Christus secundū septem verba ptulit in cruce pendens vsq ad horam nonā viuus. Sed continuādo ad pcedentia/q postq Christum cum violentia sup crucē in terram nudū deiecerunt et ita atrociter eū extē derunt vt ossa eius dinumerari poterant/manusq eius ac pedes obtusis et grossis clauis cruci affigendo/crucem cū corpore errexerunt/et cum impetu ac magna vi in foramē petre ipsam immiserūt: itaq omnia vulnera manuū et pedum dilacerabantur: et sanguis copiosissime fluxit. Sicq inter malefactores eleuatus et cōputatus quasi tribus horis viuus extensus pepēdit. Que quidem erectio corporis cū cruce et extensio brachiorum Christi et toti⁹ corporis eius in cruce. Hic p primā crucē designari potest. Per reliquas vero quatuor cruces Christi crucifixi/quatuor illusiones et expbrationes. Primā: que fuit a vulgaribus clamantibus vach/qui destruis templū dei. etc. Secundam a principibus et pharisēis clamantibus alios saluos fecit seipsum non potest saluū facere. Tertiam a latrone sinistro. Quartā et vltimā illusionē/que fuit a militibus offerentibus ei acetū cum felle mixtum

Secrete psequit, stās manib⁹ āte pectus more solito extēsis.

Supra que ppitio ac sereno vultu respicere digneris: et accepta habere: sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Abel: et sacrifitiū patriarche nostri Abrahe: et quod tibi obtulit summ⁹ sacerdos tuus Melchisedech sctm̄ sacrifitiū imaculatā hostiā.

¶ Ista est secūda particula quarte partis Canonis/in q illa cōsecrata et oblata in figuris cōmemorantur/et petitur vt diuino vultu benignus: respiciantur et acceptentur a deo patre nō ratione oblationis in se/que cum sit patri vnigenitus nō potest n ō benigno vultu respici et acceptari a deo patre sed ex parte offerentium ex quorū sorde potest refutari quantum ad vim reconciliatiuā offerentiū ppter indignitatē eorum/petitur ergo vt hec sacrosancta oblatio sit accepta deo/eāq respitiat noticia appbationis tanq placamentum nostre deuotionis. Et est sententia litere. Deus pater digneris respicere ppitius placida fatie: et serena sup hec dona et data: scilicet sup corpus et sanguinem Christi filij tui habendo ea grata et accepta ex parte offerentiū/sicut grata et accepta dignatus es habere munera pueri/scilicet serui tui iusti Abel/qui dicitur puer/tam a pueritia q a puritate. Et sacrifitiū idest holocaustum sancti Abrahe patriarche et melchisedech summi tui sacerdotis/qui obtulit panē et vinū in sacrifitiū: quod dicitur sanctū et immaculatum pper sacrifitiū eucharistie in ipso figuratū. Cōmemorantur autē hic sacrifitia horū trium p alijs: quia nō solum ipsorū sacrifitia expressius fuere tipi et figure sacrificij nostri: sed et ipsi patres spetialiter fuere figura Christi Abel pper martiriū. Abrahā pper pfectam obedientiam. Melchisedech pper pacis principatum. Nam Christus sanguinis sui effusione factus est martirū corona/speculū obedientie/princeps pacis et pater futuri seculi. Et pprie Melchisedech representat Christum cum nostro sacrifitio/vt de eo dicitur: tu es sacerdos in eternū secundū ordinē Melchisedech.

Inclinat se ante mediū altaris ☩ manibus iunctis sup illo positis dicit secrete.

Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hec perferri p manus sancti angeli tui in sublime altare tuū in conspectū diuine maiestatis tue/ vt quotquot ex hac altaris participatione.

Separatis manibus hinc & inde super altare positis, osculat altare erigit se, & iunctis manibus continuat.

Sacrosanctum filij tui.

Signat manu dextra super hostiam tantum dicens.

Cor ✠ pus. Signat eadem manu super calicem tātum dicēs, Et sangui ✠ nem sumpserimus omni bene ✠ dictione.

Quod dicendo seipsum eadem manu signat signo crucis a fronte ad pectus & continuat.

celesti: & gratia/ repleamur/ per eundē Christū dn̄m nostrū. Amen.

¶ Ista est tertia particula quarte partis Canonis: in qua petitur effectus huius sacramenti/ qui est gratie diuine infusio. Et est sensus litere. O omnipotens deus/ nos supplices: idest, humiles/ & deuoti te deprecamur Iube. i. Fac. Hec: scilicet vota fidelium: vel corpus & sanguinē filij tui/ vel ecclesiam militantē. Perferri idest/ representari per manus angeli tui: scilicet assistentis in sublime altare tuū in totā curiam celestem in conspectu diuine maiestatis tue. Vt quotquot scz ex clero & populo. Vel vt quotquot: idest vt quotienscunq. Nos fideles tui sumpserimus sanctum corpus & sanguinē filij tui. Ex hac participatione: idest cōione. Altaris: idest sacrificij tibi dedicati Repleamur omni benedictione celesti & gratia p eundem Christum dominum nostrū. Amen. ¶ Nota primo: q ista verba (hec p ferri) tante sunt pfunditatis: vt dicit Inno: vt intellectus humanus vix ea sufficiat penetrare & post ea pauca subdit: saluo tamē occulto celestis oraculi sacramēto: possunt hec verba licet simplicius tamen securius intelligi/ sic tripliciter/ secundum q pnomē hec potest demonstrare vel fideliū vota/ vel corporis & sanguinis sacramenta/ vel p ea mystice significata. Primo modo sic iube hec scz vota fidelium. Secundo. Iube hec scilicet corpus & sanguinē filij tui in sublime. Altare idest in celum/ pferri. nō secūdum realem loci translationē quia iam ibi residet in forma gloriosa sed secundū acceptationē gratam inquātum tibi hec videlicet corpus & sanguinē offerimus peretes: vt ex eorū participatione celesti gratia repleamur. Tertio iube hec pferri scz signatum p hec sacramenta/ quod est ecclesia militans. In sublime altare/ idest in ecclesiam triumphantē. Secundū illud leuitici. vj. Ignis in altari meo semp ardebit/ idest feruor charitatis in ecclesia triumphante vbi sacrificatur sacrificiū laudis: p manus angeli: idest p mysterium angelorū: vel specialiter sancti Michaelis: qui princeps ecclesie dicitur/ vel Christi summi sacerdotis/ qui & angelus testamenti dicitur Mala. iij. ¶ Secundo nota/ q sacerdos hanc orationē dicens humiliter & pfunde se inclinat iunctis manibus sup altari positis: tum vt per hanc exteriorē internam humilitatem & deuotionē ostendat aut excitet: tum ad significandum q Ihesus morti appropinquās non habens vbi caput suū reclinaret iam doloribus fessum & spinea corona grauatū/ cepit ipsum caput super pectus suum inclinare: & seipsum patri co

Significatio gestus.

taliter offerre/ ꝓpter quod ⁊ Joannis xix. legitur inclinato capite tradidiſſe ſpiritum. Jāctre vero manus ad altare cōclauationē manuum Chriſti ad crucē ſignificāt. Cū autē dicit ſeu dicto ex hac altaris participatione oſculatur altare: vt ſcilicet ſe participē fieri altaris ſacrifitio cum alijs oſtendat/ vel vt ſignificet reconciliationē humani generis cū deo patre in altari crucis factam ꝑ filij eius mortem. Deinde facit tres cruces ꝑ primā que eſt ſuꝑ verbo corpus cōmemoratur immenſus dolor ⁊ paſſio: quā Chriſtus i toto corpore ſuo ex rigidiſſima tenerrimi corporis tēſione in cruce vſqꝫ ad omniū neruorum ⁊ oſſium dinumerationē paſſus eſt quaſi clamans illud ꝓpheticum/ o vos omnes: qui tranſitis ꝑ viā attendite ⁊ videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Trenorū. j. Et pſal: Foderunt manus meas ⁊ pedes meos dinumerauerunt omnia oſſa mea. Per ſecundam crucem: que eſt ſuꝑ verbo ſanguinem effuſio largiſſima ſanguinis figuratur/ qua omni defluxo humore corpus ſaluatoris ſanctiſſimuꝫ torruit/ ſicut cremium in frixorio/ ⁊ aruit tanqꝫ teſta virtus eius. De quo pſal. Sicut aqua effuſus ſum/ ⁊ diſperſa ſunt omnia oſſa mea/ factum eſt cor meū tanqꝫ cera liqueſcens in medio ventris mei. Aruit tanqꝫ teſta virtus mea: ⁊ lingua mea adheſit faucibus meis quo facto ideſt effuſo iam toto Chriſti ſanguine: cepit Jheſus clamare voce magna ⁊ cum lacrimis dicere pater. Jn manus tuas cōmendo ſpiritum meum. Et ſic inclinato capite tradidit ſpiritū: quod omniū penarum Chriſti fuit acerbiſſimum. Quia inter omnia terribilia terribiliſſimū eſt mors. iij. Ethico. Per tertiam crucem: que fit ante fatiem ſacerdotis: innuitur paſſionis fructus tātus fact⁹. Ut etiā ſigno crucis: in q̄ Chriſt⁹ paſſus ē ſit collatū quo ꝑ ipſum omnis benedictio celeſtis ⁊ gratia in nos ꝓfluat: ⁊ cōtra demones terribile factū efficaciter nos muniat. Uel ſecundum quoſdā hec crux ſignificat Titulum ſcriptū ſupra caput Jheſu ſcilicet Jheſus Nazarenus rex iudeorum. Hunc titulum triumphalē dyabolus maxime ꝑhorreſcit ergo munimus nos eo in fatie cōtra dyabolū: de quo titulo iudei multū moti ad pilatū dixerunt. Noli ſcribere rex iudeorū: ſed quia ipſe dixit/ rex ſum iudeorum. ¶ Sequitur quinta pars canonis/ in qua ea: que poſt Chriſti mortem vſqꝫ ad ſepulturam acta ſunt/ cōmemorantur.

Memento etiā domine famulorum famularūqꝫ tuarum.

Stans manibus iunctis ante pectus, vel vſqꝫ ad fatiem eleuatis, ſicut magis ſibi placuerit: oculis ad ſacramentum in altari poſitum, intentus agit cōmemorationē fidelium defunctorū de quibus ſibi videbit, eodem modo, ꝓut de cōmemoratione viuorum ſupra diximus, qua habita ſtans extenſis manibus ante pectus vt prius cōtinuat dicens.

Qui nos ꝓceſſerunt cū ſigno fidei: ⁊ dormiunt in ſomno pacis: ipſis domine ⁊ omnibus in Chriſto quieſcentibus locū refrigerij lucis ⁊ pacis vt indulgeas deꝓcamur/ ꝑ eundē Chriſtū dn̄m noſtrū. A.

¶ Hec ē quinta pars principalis totius Canonis in qua oratur ꝓ refrigerio ⁊ gloria mortuorū tacitis nominibus eorum/ non debent eni nomina eorum recitari oretenus: ſed in corde memoriter ⁊ cordetenus ꝑ celebrantē reuolui: ꝓhibitum eſt nāqꝫ ne alicuius in collectis miſſe neqꝫ in canone mē

tio oretenus publice fiat: vt habetur in c. Uisum: et c. De nominibus recitan dis. de cõse. dis. j. Ne scz astantium deuotio turbetur / aut in vanã laudẽ mis sas dici pcurantes extollantur / aut ne ex hoc psumptio auaritie sacerdotẽ fallat. Et diuiditur ista pars in duas particulas in prima (vt dictum est) petitur refrigerium p defunctis. In secunda imploratur suffragiũ p viuis ibi. Nobis quoqz peccatoribus. Quantum ad primũ est sensus littere. O oi potens deus / scilicet nos etiã rogamus et petimus te suppliciter. Memẽto idest miserere: vel miserando recorderis. Famulorũ famularũqz tuarũ idest omniũ fidelium / qui in obedientia mandatorum tuorum tibi famulati sunt N. et N. Hic habeatur memoria spetialis quorundam defunctorũ / vt supra habita est viuorum Qui scilicet defuncti fideles. Precesserunt s. moriendo. Nos scilicet viuẽtes cũ signo fidei: idest caractere baptismali et operibus bo nis fidem ptestantibus et significantibus. Et dormiunt: idest requiescunt. In somno pacis: quia liberati ab omni mutabilitate et strepitu mundi iterum resuscitandi tanqz a somno / securi sunt de sua finali liberatione a penis et pe narum locis: quod eis prestat multam pacem cordis. O dñe precamur: idest petim⁹. Ut indulgeas: idest tribuere digneris ipsis scz h spetialiter cõmemo ratis. Et omnibus: scz in fide formata defunctis quiescentibus in Christo in spe prime resurrectionis vel qui in fide catholica decesserunt. Locum refri gerij: idest gaudij. Lucis: idest glorie. Et pacis scz eterne. ¶ Nota primo qz circa hanc materiam valẽt ea: que dicta sunt supra circa memoriã viuo rum: quia similia hic intelligenda sunt de mortuis: que ibi dicta sunt de vi uis. ¶ Secundo nota: qz hec memoria seu hoc silentium representat Chri stum mortuũ in cruce pendentẽ: et animã eius cum silentio ad limbum pa trum descendentem / ideo extunc in silentio omnimodo ex toto corde oran dũ: quatenus recordatione huius descẽsus dignetur ipse domin⁹ liberare animas de purgatorio / sicut illo tempore animas patrũ liberauit de limbo

Sẽsus litere

Quid p hãc memoriã seu silentiũ signi ficatur.

Dextra manu pcutit pectus suũ aliquantulũ alcius dicens.

Nobis quoqz peccatoribus. Et secrete psequitur. famulis tuis de multitudine miserationũ tuarũ sperantibus partẽ aliquã / et societa tẽ donare digneris cũ tuis sanctis apostolis et martirib⁹: cũ Joãne Steph⁰. Mathia. Barnaba. Ignatio. Alexãdro. Marcellino. Pe tro. Felicitate. Perpetua. Agata. Lucia. Agnete. Cecilia. Anasta sia et omnibus sanctis tuis: intra quorũ nos cõsortiũ nõ estimator meriti: sed venie qs largitor admitte / p Christũ dñm nostrũ.

Tum iungit manus ante pectus dicens secrete.

Per quem / hec omnia domine semper bona creas.

Manu dextra ter signat cõiter sup hostiam & calicẽ dicens.

Sancti ✠ ficas / viui ✠ ficas, bene ✠ dicis: et prestas nobis.

Discooperit manu dextra calicẽ, & genuflexus reuerentiã facit sacramento. Tũ se erigit, & reuerenter accipit hostiam inter pollicem & indicẽ dextre manus, & cũ ea sup calicem quem sinistra manu tenet p nodum infra cuppam, signat ter

a labio in labiū dicens.

Per ip ✠ sam: ꝛ cum ip ✠ so/ ꝛ in ip ✠ so.

Cum ipsa hostia bis inter se & calicem a labio calicis incipiens, signat dicens,

Est tibi deo pri ✠ oīpotētī: in vnitate spūs ✠ scti oīs honor: ꝛ glīa

Tenet manu dextra hostiā sup calicē, eleuat aliquantulū ambabus manibus hostiam, simul & calicem, & sine mora illum ac illā reponit ad loca solita, pollices & indices sup labiū calicis aliquantulū tergit iungit, & calicē palla cooperit, & vsq ad terrā genuflectens sacramentū veneratur, erigit se & manibus more solito extensis, hinc & inde super altare positis, dicit intelligibili voce.

Per omnia secula seculorum. ℟. Amen.

Sētentia litere.

¶ Ista est secunda particula quinte partis ipsius secunde partis totius officij misse: in qua oratio secundario iteratur p viuis: cōmemoratione quorūdam sanctorum prius omissorum inserta. Et est sensus litere. O oipotens deus qui nō es estimator meriti: idest ponderator: quia vltra cōdignū premias cū omnes iustitie nostre sint tanꝗ pannus menstruatus. Esaye lxiiij. Sed largitor venie: idest misericordie. Digneris nos assotiare sanctis tuis ꝛ scilicet digneris nobis dare aliquā partem beatitudinis (que licet omnibus sit vna obiectiua tamē alia ꝛ alia beatitudo formalis vniuscuiusq p capacitate ꝛ merito suo) cū istis sanctis tuis scȝ Joanne. Stephano. ꝛc. ꝛ omnibus sanctis tuis scȝ alijs/ nos peccatores sperantes de misericordia tua. Admitte: idest adiunge Per Christū dnm nostrum. Per quem scȝ Christū dominum nostrum/ scȝ tu deus pater. Hec scȝ dona omnia semp bona creas Per ipsum scȝ Christū. Per quē omnia creas. Et cū ipso/ scȝ Christo tibi equali cum quo creata administras ꝛ gubernas. Et in ipso: scȝ tanꝗ in sine omnia cōsumas ꝛ velud in ymagine ꝛ lipidissimo speculo videris ꝛ coruscas. Est tibi deo patri per naturam. Omnipotenti in vnitate: scȝ essentiali Et cōmunione spiritus sancti. Omnis: idest pfectus honor ꝛ gloria p omnia secula seculorum/ idest eternaliter. Et respondet populus cōsentiendo. Vel minister loco populi. Amē: idest vere ꝛ verum est/ scȝ ꝙ p ipsum Christū est tibi deo patri omnis honor. ꝛc. Et sic Amē est hic aduerbiū affirmādi ꝛ non verbum defectiuū p fiat. vel sic/ cōstruitur litera scilicet O omnipotens deus tu digneris dare ꝛ cōcedere nobis peccatoribus. Famulis idest fidelibꝫ tuis. Sperantibus de multitudine/ idest de immensitate. Tuarum miserationū/ idest tue misericordie. Aliquā partem ꝛ societatē/ idest cōsortiū. Cū tuis sanctis apostolis ꝛ martiribus scȝ cum Joāne/ Stephano. ꝛc. Et cum omnibus sanctis tuis. O largitor nos quesumus. Admitte idest adiūge nos Intra cōsortium sanctorū/ idest societatē. Quorū: scȝ sanctorū tuorū. Non estimator meriti/ idest nō secundū exigentiā nostri meriti/ sed venie largitor scȝ secundum exigentiā misericordie tue. Per Christū dominū nostrū. Per quē/ scȝ Christū/ scȝ tu deus creas. San. Viui. Bene. Et pstas/ idest cōce

cis nobis. Hec oīa semp̄ bona: scꝫ bona data oblata. Per ipsum scꝫ Chri-
stum per quē omnia creas / τ cum ipso scꝫ Christo tibi equali. τc. vt supra vs
qꝫ ad finem. ¶ Nota primo ꝙ circa hoc quod dicitur. Nobis quoqꝫ pecca-
toribus. d. a. Quare sacerdos in hac peticione allegat peccatū suū τ aliorū
videtur enim peticioni sue prestare obstaculū / ne exaudiatur. Nā scriptum
est Peccatores deus nō exaudit. Joannis ix. Rn̄detur: ꝙ peccator vt pec-
cator petēs nociua τ saluti cōtraria nō exauditur a deo placato: licet ad sui
dānationē exaudiri posset a deo irato. Deus enim quādoqꝫ cōcedit iratus
quod negat placatus: vt dicit beatus Aug: τ beatus Grego / peccator tn̄
petens aliquid cū humili sui recognitione ad salutem pertinēs exauditur eo
amplius / quo se magis humiliat: τ vera cōfessione peccata sua dānat exēplo
illius: qui ait. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Luce: xviij. ps Respexit
in orationē humiliū τ nō spreuit preces eorū. De quo latius Gabriel: lectio
lix. ¶ Secundo nota: ꝙ circa illa verba non estimator meriti posset dubi-
tari / quomodo hoc verū sit cum alibi scriptura clamet deū fore iustū iudicē
τ retributorem vniuscuiusqꝫ secundū opera sua ad hoc respondet Gabri:
vbi: s. ꝙ deus nō est estimator meritorum scd̄ꝫ valorem: quē habēt precise ex
natura actus secundū se τ suū naturalem valorem / quia si sic non premiaret
actus nostros temporales premio eterno. Siquidē imꝓportionabiliter exce
dit p̄mium eternū valorem actus tēporalis. Est tamē iustus retributor me
ritorum secundū suā acceptationē ad premium liberaliter p̄ tali actu ꝓmis-
sum. Et p̄ hoc etiā soluitur illa cōtrarietas / qua aliquando dicitur / ꝙ nullū
meritū nostrū est cōdignum vite eterne / secundū illud Christi. Cum fece-
ritis omnia / que p̄cepta sunt: dicite serui inutiles sumus Luce. xvij. Aliqꝫ
dicitur oppositū / vt est illud Apocal. iij Ambulabunt mecum in albis / quo-
niam digni sunt. τ ij. ad Thessal. j. Vt digni habeamini in regno dei / p̄ quo τ
patemini. Et multa similia / opera enim nostra secundū naturalē aut mora
lem bonitatē suam nō sunt digna vita eterna. Sed inquātū p̄cedunt a gra-
tia / τ vt relata ad diuinā ꝓmissionē / qua bene opantibus ꝓmisit vitā eter
nam τ se eis sua voluntate libera debitorē cōstituit eterni p̄mij sic sunt me-
rita cōdigna p̄mij eterni. ¶ Nota tertio ꝙ in fine illius clausule. Per Chri
stum dn̄m nostrū nō dicitur. Amen: sicut in alijs similibus prioribus clausu-
lis dicebat / τ hoc ꝓpter cōnexionē sequētis clausule / scꝫ p̄ quē hec omnia
in cuius principio ponitur relatiuū quē / referens immediate Christum dn̄ꝫ
nostrū in fine p̄cedentis clausule positū. ¶ Quarto est notandū / ꝙ ꝓno-
men hec potest demonstrare materiā sacramēti / panis vcꝫ τ vini substanti-
as / que ibi fuerunt demonstratione impersonali / τ nūc nō sunt / sed earum
species manent / que sunt sacramentum / τ non res sacramenti / siue has spe
cies modū substantie habentes demōstrat. Et tunc sic exponit / per quem
Christū / hec omnia: idest panis vini τ aque cōsecrationis materiā. Semp̄
bona creas p̄ nature cōstitutionē / sanctificas p̄ verbum τ orationē. Viuifi-
cas p̄ vitalem cōuersionē. Benedicis: p̄ gratie exuberationē. Et p̄stas no-
bis p̄ liberalissimā largitionē. Secundo demōstrare potest rem sacramenti
cōtentam τ sacramētum puta corpus τ sanguinē Christi p̄ntes / que sunt
res τ sacramētum / quia alterius rei signū / τ tunc sic exponitur. Per quem
scilicet Christum. Hec omnia scꝫ corpus τ sanguinē semp̄ bona / quo ad om-
nem speciem boni. Sunt quippe bona vtilia ad reformationē vite labentis

spiritualis. Honesta ad rememorandū opera salutis. Delectabilia ad promouendū effectum summe et intime deuotionis. Hec inquit creas ipsa in sacramentū adducēdo. Sanctificas sacris velaminibus obtegendo. Uiuificas increate vite vniendo. Benedicis spiritualibus donis et beneficijs implendo. Et prestas nobis misericorditer largiendo. Tertio potest demonstrare significatum tm̄: idest rem significatam et nō cōtentā / scʒ membra corporis Christi mystici / que etiā mystice offeruntur in hoc sacramento. Et tunc sic exponitur. Per quē Christum tu pater hec omnia semper bona: idest omnes fideles in hoc sacramēto significatos / creas in natura bona cōstituēdo. Sanctificas a peccato purgando. Uiuificas gratia et virtutibus ad vitā preparando. Benedicis viuificatos gloria coronando. Et prestas nobis bona gratie et glorie sine quibus nemo attingit cōsortium beatorū. ¶ Quinto nota mysteria ritus et gestus circa predicta. Cum sacerdos post defunctorū memoriā ad viuos redit dicens. Nobis quoqʒ peccatoribus / pectus tundit et vocē exaltat significans / quod centurio / et qui cum ipso erant: visis his que fiebant: scʒ miraculis in morte Christi: timuerūt valde: voce alta dicentes. Uere filius dei erat iste. Et omnis turba: que simul aderat ad spectaculum istud et videbant / que fiebāt et percutientes pectora sua reuertebantur. Luce xxiij. Fit aūt hec tūsio tribus vltimis digitis: quoniā pollex et index. Quibus sacramentū tractauit: nō debēt separari / donec post sumptionē abluti fuerint: ne si forte aliquid sacramēti digitis illis adhereat per cōtactum alterius rei decideret: aut irreuerentia sacramento exhiberet. ¶ Deinde sacerdos facit octo cruces / significantes quasi per epilogum omnia cruciamēta Christi / prime siquidē tres cruces in verbis sanctificas / viuificas: benedicis / significāt cruciamenta / que Christus est passus tribus temporibus: scʒ hora tertia sexta et nona / que omnia Christo iam mortuo beata virgo Maria cū ceteris sanctis stantibus sub cruce rememorabant et reuoluebant in animo nō sine magno cōpassionis dolore: quibus debemus et nos cōformare. Unde primū signū crucis ad verbum sanctificas significat omnia / que passus est Christus hora tertiarū: quando reprobatus esset: et tanquam iniquus linguis iudeorū crucifixus: flagellatus: corona spinea coronatus: arundine capite percussus: et illusus tanquam omni sanctitate vacuus. Secundū ad verbū viuificas significat omnia passa hora sexta: vt quod ad mortē est iudicatus. Crucē proprijs humeris baiulauit. Ante crucē vestibus nudatus. In cruce atrociter extensus / et manibus gentilium crucifixus. Tertium ad verbū benedicis: significat omnia passa hora nona / vt quod derelictus est a patre. Acero et vino mirrato ac felle potatus et tandem mortuus. Deniqʒ celebrans in verbo et prestas nobis discooperit calicē remouendo opturam: significans velū templi scissum a summo vsqʒ deorsum / vt ostenderetur per mortē Christi reuelatum esse / quod multis figuris erat velatū. Deinde cum omni humilitate et reuerētia accepto corpore Christi cum eo ter signat super calicem a labio vsqʒ ad labium ducendo: et significāt autē hec tria signa crucis tres cruciatus / breuiter rememoratos / quos Christus sustinuit tribus horis cōtinuis grauiter: stans exaltatus in cruce: scʒ passionē, propassionē: et cōpassionē. Passionē in corpore quādo illis tribus horis cōtinuis a sexta ad nonam: non sine maximo cruciatu totum eius corpus innitebatur diris et duris clauis manuū et pedū: ita vt cōtinue lederētur et dilacerarētur grauiter vulnerū foramina. Propassionē i mēte

Gest⁹ significatio.

Epilogus.

quo ad mestitiā ⁊ tristitiā: que tamen mentē eius nō deordinabant: neqꝫ a
nimo dominabantur. Compassionē in corde respectu crucifigentium ⁊ mr̄is
Gabri: aūt dicit ꝙ tres prime cruces: videlicet in verbis sanctificas viuifi-
cas. ⁊c. que fiunt sup̲ vtrūqꝫ / oblatā scꝫ ⁊ calicē cōiunctim significant tripli
cem orationem / quam dn̄s in cruce fecit: primā ꝓ suis crucifixoribus dicēs
pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt: Secundam ꝓ sua liberatio-
ne a morte cū clamās voce magna ait: heli heli. ⁊c. Tertiā ꝓ adeptione glo
rie dicens: pater in manus tuas comēdo spiritū meū. Alie vero tres cruces
que fiunt cū sacramēto ducto sup̲ calicē repñtant tres horas / quibus
pependit Christus in cruce. Si quidē sexta hora affixus est cruci: ⁊ pepēdit
vsqꝫ ad horam nonā / in qua exclamans tradidit spiritum Ille vero due vlti
me cruces: quas sacerdos facit inter se ⁊ calicē a labiis calicis incipiēdo si-
gnificant sanguinē / ⁊ aquā de corde Ihesu transfixo fluen: Joannis. xix.
Unus militū lancea latus eius aperuit: ⁊ cōtinuo exiuit sanguiꝫ ⁊ aqua. Cū
aūt dicit ois honor. ⁊c. tenet corpꝰ Christi sup̲ calicē parū eleuatū ⁊ signifi
cat corpꝰ Christi tētū ⁊ eleuatū i cruce a Joseph ⁊ Nicodemo ascēdentibꝰ
a terra p̲ scalā ad deponendū ⁊ sepeliendū / vt adimpleret illud Esaye xj.
Et erit sepulchrum eius gloriosum. Tum sacerdos reponit Christi corpus
sup̲ corporale ⁊ calicē cooperit: significans / ꝙ Joseph deponens eum inuol
uit sindone munda. Interim alta voce dicens per omnia secula. ⁊c. ponit in
altari manus sacerdos significans contrectationē ⁊ amplexationē corporis
Ihesu. ⁊ exaltatio vocis representat Joseph ⁊ Nicodemi exaltationē deuo
tionis / que est magnus clamor in auribus dei / secūdum illud Exo: xiiij.
Quid clamas ad me scꝫ p̲ orationis deuotionē nimiā. Nam si tantā habue-
runt deuotionē vt: deposito timore humano prius habito: Joseph audacter
intraret ad pilatum petens corpus Ihesu: Et nicodemus veniret ferēs mix
turam mirre ⁊ aloes quasi libras centū: quāto magis putandi sunt habuisse
deuotionē: quando illud sacratissimū corpus cōtrectabant ⁊ amplexabant
in deponendo: ⁊ iam depositum de cruce a quo diuinitas nunqꝫ recessit / vbi
⁊ pie credendū est eos etiam oretenus ꝓrumpisse in laudes diuinas: quia
ambo fuerāt discipuli Christi prius occulti / sed iam volebant esse manifesti
Populus vero seu minister loco populi respōdēs. Amē representat deuoti
nem pariter ⁊ lamentationē mulierū / ⁊ precipue beate marie virginis cū
Joanne sub cruce: quibus erat quidem valde lamentabile videre tā nobile
corpus sic mortuū tractari seu amplecti vulnera eius extergere ⁊ deoscu-
lari. Et tantum de hac secunda parte totius offitij misse. Et si queratur an
hic sit finis Canonis / dico ꝙ de hac questione doctores litigant / ⁊ adhuc
lis pēdet sub iudice. nō mea refert si hic Canon finiatur vel nō / quia de hoc
forte curiosum est disputare sufficit / ꝙ hic quo ad historicum sensum est fi-
nis secunde ꝑtis totius offitij misse secundum quosdā. Quibus tamē placet
dicant: ꝙ hic Canon finitur secundū Gabri. ⁊ alios quosdam doctores.
Uel ante cōlonem secundū Ange: de cla / in sua summa in verbo missa. § xx
vij. qui dicit Canō secundū cōlorem opinionē dicit a Te igit vsqꝫ ad cōlonē.

Oremus.

Preceptis salutaribus moniti ⁊ diuina institutione formati aude-
mus dicere.

Modus ordinarius.

Eleuat & iungit manus ante pectus, & oculis ad sacramentū in altari positum intentus capite inclinato dicit eadem voce.

Pater noster.

Extensis manibus ante pectus vt prius continuat.

Qui es in celis. Sanctificetur nomē tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo ꝛ in terra. Panē nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: Sicut ꝛ nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationē. Respondet minister. Sed libera nos a malo. Celebrans dicit secrete. Amen.

Tertia pars misse: secundū sensum historicū.

Isla est tertia pars misse principalis/in qua postꝗ in prima totius misse pte pmissa est pparatio populi ꝛ offerendorum ꝛ actus Christi ꝛ vita pcedens passionē eius representata. Et in secunda pte subiuncta est cōsecratio oblatorum ꝛ pgressio Christi ad passionē ꝛ ipsa passio eius representata. In hac tertia parte que recte cōio nominatur: agitur vel pceditur ad consecratorum dignam pceptionem. Historice autē ea que cum Christi anima a corpore separata ꝛ resurrectio eius: ac ꝙ post resurrectionē acta sunt in hac parte tertia ꝛ vltima representantur. Et diuiditur in tres partes. In pma pponitur ad sumptionem sacramenti preparatio duplex: scilicet Cōis ꝛ spetialis. Cōis primo p orationem dn̄icam: cui premittitur exhortatio ibi: oremus/ꝛ sumptionis excusatio ibi preceptis. Secundo p deprecationē sacerdotis puatam: ibi libera nos quesumus. Tertio p pacis concupiscentiā/ibi pax domini. Spetialis: que fit p aliquas orationes spetiales sacerdotis vt cū dicit: dn̄e Jhesu Christe. ꝛc. ꝛ sequentem: vt perceptio corporis. ꝛc.

Diuisio huius partꝫ tertie.

In secūda cōio ꝛ eucharistie sumptio pficitur. In tertia: cum gratiarūactione misterys finis imponitur. Secunda ibi panē celestem/tercia in antiphona postcōis/que Secundū offitiorū diuersitatem variatur. Quantum igit ad primū pane celesti iam cōsecrato sacerdos alta voce hortatur omnes ad petendum hunc panem desiderium excitando/ vt sic petitum digne possit accipi dicens. Oremus. Et ad excusationem temeritatis ꝛ psumptionis allegat pcepta diuina monita/ꝛ informantia nos instituta dicens. Preceptis salutaris moniti. ꝛc. Et est sensus ꝛ expositio litere: sic. Oremus: scilicet nos omnes in simul ne cibus salutaris pter nostram indispositionem fiat nobis exicialis. Moniti: idest instructi. Preceptis salutaribus scꝫ euangelicis ꝛ apostolicis ad salutaria dirigentibus. Et formati: idest eruditi scꝫ ex diuina institutione idest ordinatione/quomō/ꝛ quid orare debemus/petentibus discipulis domine doce nos orare/hoc enim nescit mortalis imbecillitas: nisi doceatur: ad Romanos/viij. Quid oremus: sicut oportet nescimꝰ. Et Jacobi: iiij. Nescientibus orare dicitur/petitis ꝛ non accipietis eo/ꝙ male petatis. Et ergo nos eruditi ꝛ scientes audemus dicere. Pater noster. ꝛc. Pater. scꝫ vniuersalis omniū: creatione: gubernatione: ꝛ necessariorū puisione redemptione. ꝛc. Noster: scꝫ spetialis adoptione ad eternā hereditatē. Qui es: scꝫ immutabiliter in te ipso eternus: semp idem ipse. In celis/scꝫ p nouē choros distinctis spetialissime: scꝫ p tue glorie apertā visionē: ꝛ cōionem ex

Sensus litere

celsus & magnificus in maiestate docens nos ad te sursum tendere & cele-
stia querere: licet etiam speciali modo sis p gratiã iniustis/qui celi dicunt
& generaliter in omnibus rebus p essentiã: potentiã: & presentiam Aug: in
omelia.xlij. Inuenimus patrem in celis: attendamus quẽadmodũ viuam⁹
in terris. Sic enim debet viuere/qui inuenit talem patrẽ/vt dignus sit ve-
nire ad eius hereditatẽ. Dicimus autẽ cõiter: pater noster/quanta digna
tio: hoc dicit imperator: hoc dicit mẽdicus: hoc dicit seruus: hoc dicit dñs
eius: simul dicunt/pater noster/qui es in celis: intelligunt ergo se esse fra-
tres quando vnũ habent patrem/sed nõ dedignetur fratrem habere seruũ
suũ dominus eius/quẽ fratrem voluit habere dñs Christus: hec ille. Per
hec ergo verba: sc3 pater nr̃ de⁹ voluit accẽdere inter nos fraternã charita
tem/& excludere omnem supbie occasionẽ. Premissa autẽ captatione beniuo
lentie. Sequunt petitiones septem. Prima sanctificetur nomẽ tuũ/sc3 nõ in
se/quia sic sanctissimum amplius sanctificari nõ potest/sed in nobis. Aug/
Sanctificatio nominis dei est: quia efficimur nos sancti. Nam nomen eius
semp est sanctum. Adueniat regnum tuum: Aug. Oramus vt nobis veniat.
Quid est: vt nobis veniat: vt bonos nos inueniat: hoc ergo oramus/vt bo
nos nos faciat. Tunc enim nobis veniet regnum eius. Addimus fiat volũ-
tas tua/sicut in celo/& in terra: seruiunt tibi angeli in celo nos seruiamus
tibi in terra/nõ te offendunt angeli in celo/nõ te offendamus in terra: quo-
modo illi faciunt voluntatẽ tuã: sic faciamus & nos. Sequitur panẽ nostrũ
quotidianũ da nobis hodie/panẽ/sc3 spũalem: sc3 sacramẽti gratie doctri
ne. &c & corporalẽ cuius nomine intelliguntur omnia fragilitati humani cor
poris ad sui sanitatẽ & cõseruationẽ necessaria/nõ autẽ supflua & delicata.
Crisostomus. Christus solum panem petendum docuit/vt habentes alimẽ
ta & quibus tegamur (vt inquit apostolus ad thimo: vj) his cõtenti simus
Et dimitte nobis debita nostra. Sicut & nos dimittim⁹ debitoribus nostrꝭ
Aug: si debitoribus nostris/qui in nos peccant nõ dimittimus/ipsi nostra
oratione inculpamur/deũ aduersum nos in iracundiã excitamus. Induci-
mus supra nos maledictionẽ potius: ꝙ benedictionẽ: & peccata nostra: que
minuere debuimus orando augemus. Et ne nos inducas in temptationẽ:
sc3 carnis: mundi: & dyaboli: idest induci siue intus duci nõ pmittas in p-
fundũ: sc3 temtationis p cõsensum/ita vt a voluptate carnis absorbeamur
a cupiditate mundi puertamur/& ab iniquitate dyaboli seducamur & pda
mur/quod cõtingit sõtracta tua gratia. Sed libera nos a malo: sc3 pterito
presenti: & futuro pene: & ab omni/quod põt impedire seruiciũ tuũ. Am.i.
fiat quod optamus vel cõcedantur petita. ¶ Nota primo: ꝙ hic pater acci
pitur essentialiter/vt cõuenit toti trinitati. Nam hec oratio dñica sit ad tri-
nitatẽ. ¶ Nota secundo/ꝙ hec oratio dñica omnes alias orationes pcel-
lit dignitate/breuitate/& fecunditate/quia a magistro magistrorũ cõposita
paucis verbis pfunditate sententiarũ copiosis edita: omnium/que petere
decet/est cõtentiua. Unde Aug: ad pbã. Si omnium sanctorũ precationũ
verba transcurras. Quantum estimo, nõ inuenies/quod ista oratio dñica nõ
cõtineat: in qua quidem oratione primo premittitur modus orandi: cum di-
citur pater noster: vt nihil diffidamus. Additur in celis: vt cor sursum habe
amus. Deinde docẽtur septem p ordinem petenda: inter que sicut est ordo
ita & dignitas septem bonorũ/primũ quid principaliter petere & intendere

debemus in cuius operibus est gloria patris: si saltē sumus filij boni. Ideo primo ponitur / sanctificetur nomē tuū / sed quia pfecte in nobis sanctificari nō potest nomē patris / nisi in patrie tuto ꝛ tranquillo loco / ideo secundo dicimus adueniat regnū tuū: ad quod debita via est / vt voluntas dei adimpleatur. Ideo tertio sequitur / fiat voluntas tua / scꝫ p impletionē preceptorum. Ad hec autē pcepta continuanda meritorie necessariū est subsidiū tā corporis / ꝙ anime: quod quarto petimus cum dicitur / panē nostrum. ꝛc. Et hec quatuor sunt bona positiua petēda / residua sunt liberationis a malis: que sunt tria. Primum pessimū est culpa preterita / contra quā dicimus dimitte nobis. ꝛc. Secundū est futurū malum: quod incidere possumus p tentationē: contra quod dicimus / ꝛ ne nos inducas in tentationē. Ubi beatus Ciprianus nō petimus: ne ducamur in tentationē / quia hoc in presenti non est bene possibile / neqꝫ foret nobis vtile. Sed ne inducamur / aliud quidē est in tentationē duci aliud induci. In tentationē ducitur / qui tentatione pulsatur / in tentationē inducitur / qui in tentatiōe succumbit ꝛ ab ea superatur. Induci enim est: intus duci / ꝛ succumbere / tentationi pbendo consensum. Ultimo petimus. Libera nos a malo / nō petimus hic vt omnes pene temporales nobis auferantur in omnē euentum / quoniā secundum Grego. Mala / que hic patimur ad deū nos ire cōpellunt: sed quatinus nobis impedimentum sunt ad bonū eternum. Unde petimus hic liberari ab omni malo ad peccatū impellente ꝛ ad bonū non pmouente. Ab omni quoqꝫ malo intus ex nobis orto / ab ignorantia sciendorum / a pusillanimitate agendorū / a vana sollicitudine temporaliū / a radicibus pessimis viciorum a malis quoqꝫ futuris purgatorij penis / ꝛ eterne damnationis. Sequitur orationis cōclusio / qua petitorū optatur efficatia ꝛ cōfirmatio in verbo amē

Significatio gestuum.

¶ Tertio nota ꝙ hanc orationē dñicam sacerdos dicēs manus eleuat ꝛ vocē exaltat: quod nō solum fit ad excitandum desideriū quo fructuose posset sumi ꝛ participari sacramentū / Sed etiā ad significandum iubilationē ꝛ exultationē sanctorū patrum Christum in anima deitate sibi vnita descēdentē suscipientiū ꝛ dicentium. Aduenisti desiderabilis. ꝛc. Finita oratione dñica sacerdos recipit patenam / quam erectā ꝛ nudam tenet sup altare in signū triumphi ꝛ victorie / quā Christus descendēs ad inferos obtinuit patres ibi illuminans ꝛ spolians principatus ꝛ potestates transduxit cōfidēter illos in semetipso palam triumphans.

Et manu dextra, pollice & indice nō disiunctis accipit patenam de altari, & inter indicem & mediū digitos dicte manus tenet ipsam sup altare erectā, sinistrā vero tenet ante pectus more solito extensam dicens secrete.

Libera nos quesumus dñe ab omnibus malis: pteritis: psentibus ꝛ futuris: ꝛ intercedēte beata ꝛ gloriosa semp virgine dei genitrice Maria: ꝛ beatis apostolis tuis petro ꝛ paulo: atqꝫ andrea: ꝛ omnibus sanctis.

Eleuat manus dextra patenam de altari, & signat seipsum cū ea, pducendo crucē a fronte ad pectus, ac patenā ipsam oscu

latur interim dicens secrete.

Da ppitius pacē in diebus nostris: vt ope misericordie tue adiuti: ꝛ a peccato simus semꝑ liberi ꝛ ab oīni perturbatione securi.

Submittit patenā hostie, quā ponit in ipsam patenam, discooperit calicē, & genuflexus in terram sacramentū veneratur, erigit se, accipit hostiam inter policem & indicē dextre manꝰ & cū illis ac pollice & indice sinistre manus eā suꝑ sanguinē in calice tenens: cum reuerentia frangit per medium, & mediā quam inter pollicem & indicē dextre manus tenet, ponit in patenam interim dicens.

Per eundem dominum nostrū Jhesum Christum filium tuum.

De alia media quam inter pollicem & indicem sinistre manꝰ tenet, accipit cum pollice & indice dextre manus pticulam quam inter ipsos dextre manus pollicē & indicē retinet, partem vero quam in sinistra habet adiungit medie, ꝑ ipsum suꝑ patenam posite interim dicens.

Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus.

Particula quā retinuit in dextra, tenet suꝑ calicem, quē manu sinistra ꝑ modū infra cuppā retinet, itelligibili voce dicēs

Per omnia secula seculorū. R. Amen.

¶ Orationi dñice additur alia oratio/que embolismus vel suꝑ excrescēs dicitur: tum quia in ea nihil petitur/quod in petitionibus dñice orationis petitum nō est. Nec tamen hoc ipso supfluit: quia priores petitiones declarat: specificat ꝛ explanat: ꝛ presertim tres vltimas petitiones/quibus malorum remotio flagitatur. Tum quia petitionum repetitione magis petentium desiderium excitatur. Et per hoc ad obtinendū effectum amplius disponitur. Et exponitur hec oratio sic. O dñe quesumus: idest rogamus. Libera nos: scꝫ homines in tua laude existentes/ab omnibus malis pteritis: psentibus/ꝛ futuris: scꝫ penalibus. Et intercedēte ꝑ nobis: scꝫ omnibus Beata ꝛ gloriosa/scꝫ mente ꝛ corpore residens a dextris regis glorie. Sēper: idest ꝑpetue virgine dei genitrice Maria ꝛ beatis apostolis tuis/qui in magna tribulatione fuerunt. Et petrus resumitur/ ꝑpter principatum apostolatus. Paulus ꝑpter priuilegiū doctrine. Andreas ꝑpter priuilegium amoris crucis. Et omnibus sanctis tuis/qui omnes ꝑ multas tribulationes transierunt. Da ꝓpitius pacem: scꝫ pectoris/que in hoc cōsistit: vt simꝰ ab omni peccato sinceri ꝛ liberi: ꝛ pacē tēporis: ꝗ simꝰ ab omni turbatione securi/vt ꝑuenire mereamur ad pacem eternitatis: ꝑ eundē dñm nostrum Jhesum Christū: scꝫ ex beata ꝛ gloriosa virgine genitū. Filiū: scꝫ tuū naturalē. Qui scꝫ dñs nr̄ Jhesus Christꝰ filius tuꝰ. Tecū scꝫ in eternitate viuit: ꝛ regnat. In vnitate. idest idētitate essentiali. Spūssancti scꝫ tertie in diuinis persone/qui amor ꝛ nexus est amborū/scꝫ patris ꝛ filij deus/per Sensus litere

omnia secula seculorū. Amen. ¶ Nota primo ꝙ hec oratio. Libera nos que
sumus/sub silentio dicitur/⁊ significat illud silentiū sabatum in quo corp⁹
domini in sepulchro quieuit. ¶ Secūdo nota ꝙ celebrans dictis illis ver
bis ⁊ omnibus sanctis: eleuat patenā de altari significans sanctos patres
cum triumpho de tenebris limbi eleuatos seu eductos/⁊ signat seipsum cū
ea in faciem ac ipsam osculatur interim dicens secrete/da ꝓpitius pacē. ⁊c̄.
significans tunc visum esse/quomodo ꝑ sanguinē ⁊ triumphū crucis pacifi-
cata sint/⁊ qui in terris/⁊ qui in celis sunt. Et cum sacerdos dicit ab omni
ꝑturbatione securi/mittit patenam sub hostia significans cū patenti la-
titudine charitatis corpus Christi portandum esse ad sepulchrum/deinde
remoto calicis opertorio reuerenter accipit corpus Christi portans ipsum
super calicem/quasi ad sepulchrū sepeliendum remoto lapide ab hostio mo
numenti. Cum frangit hostiam in tres partes. Ubi aliud fractio significat/
⁊ aliud partes fractionis. Fractio enim hostie fit ad obseruandum formam
quā Christus circa cōfectionē huius sacramenti tenuit/ipse em̄ panem fre
git. ⁊c̄. Hostie fractio etiam fit: ad representandum passionem Christi/in q
corpus eius vulneribus fractum siue diuisum/fuit positum ad sepulchrum.
Partes autem fractionis/significant tres partes corporis mistici/que om
nes tres reficiuntur corpore Christi vero/ex magna eius liberalitate: hic
bene notanda: secundū illud .j. ad Chorin/x. Unus panis ⁊ vnum corpus
multi sumus omnes/qui de vno pane ⁊ de vno calice participamus. Sunt
autē huius corporis mistici tres status diuersi ⁊ distincti. Unus eorū: qui
militant in celis ⁊ ꝓ illis offertur ad laudē ⁊ gratiarūactionē sanctissime
trinitatis. Alter eorū: qui viuūt in labore in fide ⁊ meritis cōuersantes in ter
ris/⁊ ꝓ illis offertur in pignus redēptionis. Tertius eorum/qui in purga-
torio purgātur/⁊ ꝓ illis offertur in suplicationē ꝓ afflictis. Ut ergo signi-
ficetur: ꝙ hoc sacrificiū singulis statibus ꝓficiat/panis sacramētum in tres
partes diuiditur/que aūt pars quem statum significet: nō est cōcors docto-
rum sententia. Quidā enim dicunt/ꝙ pars missa in calicem/significat bea-
tos/qui nunc inebriantur vino leticie potati de torrente voluptatis dei.
Relique due extra calicem significant existentes adhuc in via/vna viuētes
in terra. Alia defunctos in purgatorio. Alij: vt Inno: ⁊ post eum Hugo car
di: dicunt: ꝙ pars missa in calicem representat viuentes in terra: subiectos
adhuc passionibus tentationū ⁊ laborum: passio enim ꝑ calicem significatur
Alie due partes eos/qui nunc securi sunt de beatitudine: beatos beatitu
dine nunc assecuta: purgatos de beatitudine assequenda. Nec mirū/ꝙ idē
diuersa significat/secundū diuersas ꝓprietates in eo cōsideratas. Cū sacer
dos calice parum eleuato voce clara dicit: per omnia secula. ⁊c̄. significans
ꝙ Christus regressus est ab inferis cum spolio ⁊ triūpho ⁊ pompa nobili.

Cum ipsa particula signat ter a labio in labiū calicis dicens.

Pax ✠ dn̄i sit ✠ semꝑ vo ✠ biscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

¶ Hic tertio ad sumptionē sacramēti fit preparatio ꝑ pacis cōcupiscenti
am. Et primo optat cōicaturis pacem. Secundo ad significandum pacis v
nionem particulam mittit in calicē ibi fiat commixtio. ⁊ 3. Tertio vt optatio pa
cis sortiatur effectum fundit ad Christum ꝓcem ibi Agnus dei. Quantum
ad primū dicto ꝑ om̄ia secula seculorū: dicit sacerdos pax dn̄i. ⁊c̄. Et facit

Marginal notes: Bestiū significatio. — Quid fractio hostie ⁊ ei⁹ tres partes significant. — Hic tres iste cruces quid significant.

tres cruces sup calicē secundū Inno: ad ostendendū q̄ virtus trinitatis a nimā Christi reduxit ad carnē: ne relinqueret animā eius in inferno: nec carnem eius daret videre corruptionē: quando Christus die tertio resurrexit ad dandū pacē triplicem p sue resurrectionis gloriam discipulis. Unde sacerdos vocem exaltat/vt nō solū per verba: sed etiā vocis sonorositatem resurrectiōis leticiā designet dicēdo: pax dñi. Postea chor9 respōdet. Et cū spū tuo. Quasi dicat tu pacem nobis optas: & eadem pax cum spiritu tuo maneat: quatinus toto spū diuinis misterijs assistas/& sic deo acceptū sacrifitiū pficias. ¶ Unde nota q̄ triplex est pax: scʒ eternitatis temporis & pectoris/que p sacerdotem populo optatur/vt participatione huius sacramēti primam cum beatis consequatur. Per secundam ab ipsa participatione nō impediatur. Et per tertiā ad tante cōionis participationē dignus iudicet. Est autem pax eternitatis ab omni penalitate liberari & summo bono ppetuo sotiari. Pax temporis ab aduersis nō opprimi: psperis temperate frui & delectari. Pax pectorꝫ ē a volūtate dei nō diuidi/& ab his/que dei sunt viciose non impediri. Que quidem pax pectoris: scʒ & temporis/a prima pace tanq̄ causa descendit eternitatis: hanc pacē Christus veniens in mundū p angelos nunciauit: in mundo cōuersatus predicauit/mundū exiens reliquit/moriens perditam reformauit: & resurgens discipulis dedit ad significandum ergo hanc triplicem pacē: que p virtutem crucis acquiritur secundum Albertum ad literam fiunt hic tres cruces.

Par est multiplex.

Particulam quam dextra manu tenet, imponit in sanguinem dicens secrete.

Fiat cōmixtio & cōsecratio corporis & sanguinis dñi nostri Jhesu Christi accipientibus nobis in vitam eternam. Amen.

¶ Optata pace ad significandum eius vnionē mittit particulam (qua vltimam significationē pficit) in calicē dicens: fiat cōmixtio. &c. Et exponit sic fiat cōmixtio: idest vnio scʒ quo ad speties sacramentales. Nam quo ad reales essentias nō potest fieri cōmixtio. Corpus enim Christi non est sine sanguine: nec sanguis sine corpore. Est ergo hic sanguis in venis simul cum corpore non separatus: & ideo nō fit cōmixtio corporis & sanguinis/quia idem sibijpsi non commiscet: sed bene fit (vt dictum est) cōmixtio spetierū sub quibus corpus Christi cōtinetur. Et cōsecratio: scʒ quo ad suum effectū: vt scʒ eum sortiatur. Nam quo ad trāssubstantialē prius facta est cōsecratio corporis & sanguinis domini nostri Jhesu Christi. Accipiētibus nobis in vitā eternam: scʒ p collationem gratie: que in hoc sacramēto pignus dicitur future glorie. Et significat hec cōmixtio spetierū/vnionē corporis & anime cum sanguine Christi factam in resurrectione/secundū Inno. Et fiendam vnionem corporis & sanguinis Christi mistici idest corporū & animarū beatorum in resurrectione futura: que accipiet eos in vitam eternam p inenarrabilem suauitatem redundantiꝫ glorie anime in corpus.

Pollices & indices sup labium calicis aliquantulū tergit, iungit, calicem palla cooperit, & genuflexus sacramentum veneratur, surgit, & stans iunctis manibus ante pectus capite inclinato, dicit intelligibili voce.

P

Modus ordinarius.

Agnus dei: qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Manu dextra percutit pectus suum & prosequitur.

Agnus dei: qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Interim manu dextra percutit pectus suum & tertio dicit.

Agnus dei: qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.

Percutit tertio eadem manu pectus suum.

¶ Orat sacerdos vt pax optata effectũ habeat in cõlcaturis. Et primo orationem pmittit. Secundo specificationem eius adiungit: ibi domine Jhesu Christe qui dixisti. Et quo ad primũ: quia pacem hanc sine remissione peccatorum nemo cõsequitur / dei misericordia (que peccata remittit) suppliciter postulatur / tanq̃ necessario pueniens pfectam pacem: que vltimo exprimitur. Petuntur autem tria ab agno Christo: duo pacem preuia: que sunt misericordia dei in peccati remissione. Iterum misericordia dei in gratie infusione Et tertio pax ipsa que est bonũ finale omniũ desideriorũ impletiuũ. Vel petimus bis misericordiam pp̄ter amotionẽ mali: quod est duplex scz culpe ꝛ pene. Et semel pacem pp̄ter assecutionẽ omnis boni hac pace sola cõclusi. Et pp̄ter hoc dicitur ter. Vel pp̄ter tres ptes corporis mistici. Dicit autẽ agnus dei magis: q̃ Jhesus vel Christus. Primo pp̄ter veritatis representationẽ factam in immolatione agni paschalis. Secundo pp̄ter veritatis pnuntiationẽ oraculi pphetalis. Emitte agnum dñe de petra. Tercio pp̄ter veri agni ostensionem digito percussoris. Ecce agnus dei. Ecce: qui tollit peccata mundi. Cõmendatur aũt Christus in hac oratione de tribus Primo de puritate innocentie naturalis: quia agnus dei. Secundo de benignitate venie salutaris: ibi qui tollis peccata mundi. Tertio de affectuositate misericordie liberalis: ibi miserere nobis. Caput vero inclinatur ꝛ pectus percutitur more publicani / qui dixit deus ppitius esto mihi peccatori ad ostendendũ humilitatem (que in oratione necessaria est) ꝛ in manuũ ictione vnicã ꝛ nõ variã intentionẽ.

Tum inclinato capite, ante medium altaris manibus iunctis super altare positis dicit secrete.

Domine Jhesu Christe qui dixisti apostolis tuis: pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis: ne respicias peccata mea: sed fidem ecclesie tue: eamq; secundũ voluntatem tuam pacificare ꝛ coadunare dignare. Qui viuis ꝛ regnas deus p omnia secula seculoꝝ. A.

Si est daturus pacem osculatur altare in medio, & instrumentum pacis, sibi porrectum p ministrũ, iuxta ipsum ad dextrã vez in cornu epistole genuflexũ prius dicens voce cõpetenti

Pax tecum. Et minister sibi respondet.

Et cum spiritu tuo.

Surgit minister & pacem interessentibus misse porrigit osculandam dignioribus primo, deinde aliis, vltimo mulieribus singulis dicens, Pax tecum. Et singuli respondent ei.

Et cum spiritu tuo. [C]elebrans pace osculata, stans in medio altaris inclinatus vt [pr]ius dicit sequẽtes orationes. Si nõ est daturus pacem etiã [n]ullius datio misse cõueniat, nõ osculat altare, sed premissa oratione dicta sine mora, stans vt prefert subiungit sequentes orationes.

¶ Premissa oratione cõi: vt pacis optatio effectum sortiatur in populo/ Consequenter instantius specialiter hanc pacem postulat sacerdos. Et primo captat beniuolentiã eius qui oratur. Secundo impedimenta exauditionis tollit: ibi ne respitias. Tertio suã fundit petitionẽ: ibi eamq3: et est text9 planus. ¶ Nota primo: q hec oratio nõ dicitur dum offitium defunctorũ celebratur/ quia defuncti iam mundi leges transierunt/ et requiescunt cũ signo fidei et dormiunt in somno pacis. Unde nõ possunt a malis hominibus infestari: nec peccatis amplius irritari nec extolli in psperis: nec frangi in aduersis: ideo nõ egent custodia et regimine nec exteriore pace: aut defensione ab exteriori impugnatione/ que in ista oratione attentius postulatur. Uel breuius dici potest/ q in missis p defunctis sacrifitium nõ p pace psenti: sed p futura requie offertur: ideo tunc pax non postulatur. ¶ Secundo nota q sacerdos hac oratione dicta osculat altare in signũ/ q Christus resurgens et apparens discipulis dedit eis pacẽ. Tum vertit se ad ministrũ dicens pax tecum ad ostendendũ: q postq dominus salutauit apostolos iterũ dixit eis pax vobis: deinde osculatur pacificale p ministrũ sibi porrectum significans: q cum hec dixisset apostol3 insuflauit in illos et dixit. Accipite spiritũ sanctũ quorũ remiseritis peccata. etc. Ceterum in primitiua ecclesia cũ esset magna fideliũ deuotio ex statuto anacleti pape: omnes: qui celebrationi missarum intererãt: singulis diebus cõicare solebant. Offerebant enim magnũ panẽ: et omnibus sufficientẽ/ quod adhuc greci seruare dicitur. Sed excrescente fidelium multitudine/ et deuotione decrescente tradit institutum: vt tantũ diebus dñicis cõicarent: post modum autẽ/ quia nec digne hoc potuit obseruari/ tertia secuta est institutio/ vt ter saltem in anno quilibet Christianus acciperet Eucharistiã. Uel hodie ad minus in pascha: hoc inuento remedio: vt videlicet p eo: q singulis diebus cõicabatur singulis diebus pacis osculum daretur p misterio vnitatis. Hec Rationale.

Si vero celebrat p defunctis, omissis omnibus pcedentibus ab agnus dei inclusiue hucusq3 positis intelligibili voce sine vlla pectoris pcussione dicit.

Agnus dei: qui tollis peccata mundi dona eis requiem.
Agnus dei: qui tollis peccata mundi dona eis requiem.
Agnus dei: qui tollis peccata mundi dona eis requiẽ sempiternã

¶ In missa p defunctis dicto fiat cõmixtio et cõsecratio. etc. Statim subiũgitur hoc agnus. Ubi est notandũ: q loco miserere nob3: et dona nobis pacẽ dicit/ dona eis requiẽ: q2 missa defunctorũ specialiter p mortuis celebratur vt ei9 requies impetret: deo hoc specialiter exprimitur/ et qm animabus triplex optat reqes: a triplici: a flictiõe pena sc3 ardoris: a corporalib9 tenebr3 ab afflictione expectate beatitudinis prime due requies/ si cũ precisione ter-

ne accipiuntur sunt temporales. Tertia vero eterna/ideo tantum ad tercium agnus additur sempiternam.

Tum psequitur secrete sequentes orationes que etiã in singulis aliis missis dicuntur excepta solum veneris sancta, quia non missa sed singulare officiũ celebratur.

Domine Jhesu Christe fili dei viui:qui ex voluntate patris cooperãte spiritu sancto: p mortem tuã mundũ viuificasti:libera me per hoc sacrum corpus & sanguinẽ tuũ ab omnibus iniquitatibus meis:& vniuersis malis: & fac me tuis semp inherere mandatis: & a te nũq̃ separari pmittas. Qui cum eodem deo patre & spiritu sancto viuis & regnas in secula seculorum. Amen.

Hic ad sumptionem sacramẽti specialiter pparat se sacerdos tanq̃ in grandi piculo indigne sumptionis cõstitutus/ne quod institutũ est:& summa dei charitate nobis datũ ad aperiendi vite fructũ ex sua indispositione sibi fiat cibus ad interitum. Juxta illud Apostoli. Quicũq̃ manducauerit panẽ & biberit sanguinẽ domini indigne reus erit corporis & sanguinis domini. Et non inueniens ex se vnde tanto misterio dignus habeatur /a dño pietatis & misericordie nititur sui sanctificationem impetrare:reliquas ordes sũptioni pmittendo. Et primo in prima oratione captat beniuolentiã Christi p mortis & passionis sue rememoratione. Secũdo petit liberari a malis: ibi libera me. Tertio stabilire in bonis/ibi Et fac me. Quarto petit cum Christo ppetuo coniungi/ibi Et a te nunq̃.&c. quibus addit solitam orationis cõclusionem: ibi Qui cum eodem.&c. Textus est clarus.

Perceptio corporis tui domine Jhesu Christe quod ego indignus sumere psumo nõ mihi pueniat in iudiciũ /& condemnationẽ:sed p tua pietate psit mihi ad tutamẽtum mẽtis & corporis & ad medelã pcipiendã. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate spũs sancti deus p omnia secula seculorũ. Amen.

Facta oratione p sua iustificatione/ vt digne possit tanto misterio: participari. Consequẽter hic orat sacerdos p salute cõsequẽda ex sacramẽti pceptione. Orat enim ne panis: qui de celo descendẽs vitã prebet mundo: sibi ppter sua demerita sit causa damnationis.

His dictis in terra genuflectens sacramentum veneratur, tũ se erigit, & dicit secrete.

Panem celestem accipiam & nomen domini inuocabo.

Ista est secũda pars tertie & vltime partis totius offitij misse: in qua fit sacramenti sumptio a sacerdote. Et diuiditur in tres pticulas in quarum pma sumpta fiducia ex spe diuini adiutorij ad sumẽdũ dignissimũ misterium se erigens ad manus cum patena sumit ipsum sacramẽtum. Sed anteq̃ hoc faciat:prius incitat deuotionẽ reducẽs ad memoriã q̃d est/qd sumere debet: q2 panẽ q̃ de celo descẽdit & q̃liter sumere debet:quia nomẽ domini inuocãdo vt sic cum maiori sumat reuerẽtia & timore. In secunda suam adhuc indignitatem recognoscẽs pfunde se humiliat ibi domine non sum dignus. In

tertia sumit ipm dignissimũ sacramẽtũ dicẽs aliquas oratiões: qrũ qdã respi
ciunt corpus Christi. Hoc est Christum sub specie panis cõtentum. Et que
dã sanguinẽ: hoc est eundẽ Christũ sub specie vini cõtentũ / pars enim ibi p
toto accipitur. Quedã vero orationes respiciunt vtrũq3 put infra patet.

Quo dicto accipit de patena reuerenter ambas partes hostie
sup illã positas, inter pollicẽ & indicem sinistre manus & pa
tenã inter eundem indicẽ & medium digitos eiusdem manꝰ
& tenens partes huiusmodi, supra patenã manu dextra tribꝰ
vicibus pcutit pectus suũ interim etiã tribus vicibus dicens
voce aliquãtulum eleuata.

Domine nõ sum dignus. Et secrete psequitur. vt intres sub tectũ
meum sed tantum dic verbo: & sanabitur anima mea.

¶ Hic sacerdos sciens summã & ineffabilẽ sumẽdi dignitatem eius qui in
altis habitat & tamẽ nõ alta: sed humilia respicit exẽplo laudati Centurio
nis suam puidendo indignitatẽ pfunde se humiliat dicens / dñe nõ sum di
gnus. &c. Sed diceres. Sacerdos hanc orationem pferens aut credit se fo
re indignũ: aut non. Si primũ ergo sumendo sacramentũ: Incidit in sentẽ
ciam apostoli contra indigne sumẽ puulgatã & reus efficitur corporis &
sanguinis domini. Si secundũ sic ficte loquit: & est de numero eorum: qui ne
quiter se humiliant. Ad hoc respondent doctores: quod pferẽs ita sentire &
de se credere debet: vt loquitur se esse indignum quantũ est ex se / & ideo pe
tit vt ipse indignus in oculis suis: dignificetur: idest dignus reputetur in o
culis dei. Si quidem nulla creatura ex se ipsa est hac participatione digna /
in quo dñs celi omniumq3 creator infinite a se distans in pfectione & digni
tate accipit. Nec3 idẽ est indignũ sumere / & indigne sumere. Indignus su
mit q in corporalibus existens ad eiꝰ dignitatẽ quẽ sumit accedit / qd facit
omnis sumẽs quãtũcũq3 sanctus. Sed indigne sumit: qui sine sui psius pba
tione & preuia purgatione accedit / & ille incidit in sententiã apostoli. Et ta
lis Jude traditori & iudeis cõdemnãtibus & crucifixoribus sanguinẽ Chri
sti effundentibus / tãq3 reus mortis Christi cõparatur vt dicit Gabriel: lec/
lxxxvij. Et dicens sacerdos hanc orationẽ ter pectus pcutit: vt sc3: & corde
ore / & opere inuocet nomẽ domini p sua dignificatione / cõtra quẽ & his tri
bus se sepius peccasse meminit / ac pptere indignũ plane / nisi dignificetur
sua inuocata dignatione: dicẽs: domine non sum dignus. &c. Hic sacerdos te
nens corpus dñi nõ repente illud sumat / nisi breuiter recollectus & ad ali
qualem deuotionẽ & maxime p pcedentes orationes excitatus / cogitans
quis & qualis ipse est / & quãtus / quẽ sumpturus est / orans mente quatenꝰ
p amarã passionẽ suam in toto fere offitio repsentatã: digneẽ ipsum ex se
ipso indignum facere dignũ / denicq3 cum tremore & amore / facto signo cru
cis / vt infra / sumat cũ lingua nõ terendo dentibus / ppter irreuerentiam
& periculum inhesionis vitandũ / sed humectatis in ore speciebus reuerẽ
ter intra se traijciat / & si palato adhereat / licitum erit: eo casu sacerdoti ad
huc bibere vinũ vel aquã: & todens / q descendat. Et hoc est tutius & hone
stius: q digitum apponere. Nec obstat / q vinum cicius transcenderet & vi

deatur esse nō ieiunus quia qđ fit tali modo dicitur fieri simul. Per notata c. Quia ꝓpter de electi. Et in: l. Cōtinuus .ff. de: verbo obli. in principio ĩfra in notabili post orationē. Quod ore sumpsimus ꝛc. Caueat tamē sacerdos ne sit morosus ꝛ faciat tedium populo.

Quibus tertio factis & dictis, accipit ambas partes ꝑdictas hostie ex sinistra, inter pollicē & indicē dextre manus, & cū illis supra patenā signat seipsum signo crucis dicēs secrete.

Corpus dñi nři Ihesu Christi custodiat aĩaʒ meā ĩ vitā eternā. Amē.

Cubitis super altare positis, & patena sinistra manu ꝑtib' hostie ꝑdictis, & ori supposita, reuerenter sumit easdem ambas partes, quibus sumptis deponit patenā sup corporale, erigit se, & ambas manus ante faciem iūgens, aliquantulum quiescit, deinde depositis manibus dicit secrete.

Quid retribuam dño ꝓ omnibus que retribuit mihi.

Discooperit calicem, ac pollices & indices super labiū ipsius aliquātulū tergit, ac iterum eas iungit, accipit patenā & eam diligenter cum pollice dextre manus sup calicē extergit, ne quid de hostia sup ea remaneat, & si sunt hostie cōsecrate super corporali posite ꝓ alio tempore cōseruande, facta eis reuerentia debita, reponit eas in vas ad hoc ordinatum, & diligenter aduertit, ne qua particula quantūcumqꝫ minima maneat sup corporali, sed studiose & accurate reponit in calicē; & pollicibus ac indicibus iunctis genuflexus iterum sacramentū veneratur, surgit & calicem ambabus manibus, videlicet cū sinistra pedem, cū dextra vero nodum infra cuppam accipit dicens secrete.

Calicē salutaris accipiā: ꝛ nomē dñi inuocabo.

Laudans inuocabo dñm: ꝛ ab inimicis meis saluus ero.

Et signans se signo crucis cum calice dicit secrete.

Sanguis dñi nři Iesu Christi custodiat aĩam meā in vitā eternā. A.

Sacerdos corpus ꝛ sanguinē domini sumpturus se cū illis ante faciem cruce signat/ad innuendum: ꝙ in signo crucis omnia sacramenta debent accipi ꝛ dari. de cōse. dis. v. Nunqꝫ. Uel vt Rationale dicit: ꝙ sicut prius sacerdos cruces faciendo actiue tanqꝫ minister corpus ꝛ sanguinē sanctificauit sic se eis nunc/cruces signando passiue: petit sanctificari.

Et stans reuerenter sumit totū sanguine, cū particula in calice posita, quibus sumptis dicit secrete.

Quod ore sumpsimus dñe: pura mente capiamus/ꝛ de munere tēporali fiat nobis remediū sempiternū. Amen.

Interim porrigēs calicem ministro, qui infundit in eū vinū, quo celebrans se purificat & si qui sunt cōicandi eos cōicat añq̄ digitos abluat, seruato ordine de tempore & modo cōicandi populū in p̄sbiterali dato.

¶ Sacerdos sumpto sacramento cū omni reuerētia ꝛ deuotione/qua potuit/Subiungit duas orationes vtrāq̄ sumptionē simul cōcernentes/In quarū prima petit remedia ꝑ ipsa sacramenta cōferri/quibus ꝓmoueatur ad ingressum gaudij sempiterni. In secunda vero/ibi. Corpus tuū dn̄e. ꝛc. petit plene oblationē mali: scꝫ purgari ꝑ sumptione sacramenti sub vtraq̄ spetie cōtenti ab omni macula introitum regni impediēte. Quantū ad primā dicit. Quod ore sumpsimus. ꝛc. Qua oratione dicta/sacerdos cū calice vertit se ad cornu altaris versus austrum accipiens vinū ꝓ ablutione calicꝫ significans ablutionē omnium defectuū ꝛ penalitatū a corpore Christi sumpto a iudaismo ꝑ austrū significato: ꝓ gloriam resurrectionis. q̄ aūt sacramēta dicuntur munera temporalia ad speties referendum est/que temporales sunt ꝛ mutabiles. Sit aūt cautus sacerdos vt dum sumit. vno hausto (nisi sibi nihil noceat) sanguinē nō sumat: ne impetus tussis inopinate ocurrat: sꝫ bis vel ter sumat vt impedimentū nō habeat. Si vero sumendo sanguinē remaneat particula in calice/debet eam digito ad labium calicis adducere ꝛ sumere. Si aūt plures hostias debeat sumere: vt quando hostia est renouanda primo sumat eam quā ↄfecit: demū sanguinē cū reliquijs seu fragmētis recollectis ꝛ desuꝑ ablutiones sumat. Sed /quid postq̄ sumpsit cōionem habet hostiam cōsecratā/que suꝑfluit. &. secundū Pe/de pal/Et Ange: de Cla. In ꝟ: Missa. §. xlvij. q̄ si comode non habet vbi honeste cōseruet licet ei sumere/dummō sit ieiunus. Secus esset dicendū de reliquijs/que etiam licet acceperit purificationē añq̄ de ipsis aduerteret tamē postea sunt sumende/tū quia nō possunt sic seruari imo leuiter amitterentur propter paruitatē cor̄:tum quia in isto casu/ex quo est in actu purificationis ꝛ recollectionis reliquiarū quicquid fit dicitur fieri in cōtingenti: idest quasi simul sumeret omnia añq̄ censeatur nō ieiunus/de quo etiā infra de defectibus missę/verū tamē si/qui sint cōicandi eos prius cōicet anteq̄ ꝛ primā ablutionem sumat/vt sic fragmēta aut hostiā/ex cōicantiū/relictam: que commode seruari nō posset/ieiunus sumat.

Tū purificatis & ceteris cōicatis dicit secrete.

Corpus tuū dn̄e quod sumpsi: ꝛ sanguis quem potaui: adhereat visceribus meis: ꝛ presta: in me non remaneat scelerum macula: quē pura ꝛ sancta refecerūt sacramenta. Qui viuis ꝛ regnas cū deo patre in vnitate sp̄ūsancti deus. Per omnia secula seculorū. Amen.

Eodem ministro vinū iterū fundente, celebrans abluit pollices & indices suꝑ calicē & ablutionē etiam sumit, deinde extergit etiā os & calicem purificatorio, & purificatoriū super calicem, ac desuper patenā ponit, & put sibi magis placet collocat, ad partem dextram vel sinistram, aut in medio altaris

Ad dimittit.

¶ Hec est post sumptionē corporis τ sanguinis Christi secunda oratio in qua petitur purgari macula/qua impedimur ab ingressu regni .secundū illud Apocal.xx. Nihil coinquinatum:intrabit in illud. Alie vero orationes quas hic quidā dicere solent nullomō vocaliter: vt dicunt doctores sunt dicende: de quo s.foli.j.Finita autē hac oratione sacerdos secundo ad cornu altaris accedit vt abluat digitos sup calicem positos cum vino/significās ablutionem dubietatis discipulorum Christo eius apparente/τ eorū incredulitatē increpāte. Vel fit hec ablutio ꝓpter reuerētiam tanti sacramēti: vt si que particule in calice ore vel digitis remansissent sumerētur τ aliis reb9 post diuinissimi sacramēti tactū indigne an eorum ablutionē nō cōmiscerēt Et Tropologice ad significādum/ꝙ sacerdos deinceps manere debet mūdus seruans saporē τ odorē vini cōpunctionis τ tristicie in corde:gratiarū actionis τ leticie in ore/recte conuersationis/τ iustitie in vita τ opere. Deinde tergit digitos palla ad hoc deputata:q̄ semp dēt seruari mūda τ nitida/deniqꝫ sumit ablutionē: vt τ per sumptionem ipsius sacramētum sumptum defferatur ad stomachum: ꝓpter quod τ cōicanti populo datur post sumptū sacramētum potus vini ablitiuus/quod totū ꝑtinet ad reuerētiam sacramēti. ¶ Aduertendū quoqꝫ est hic quod scribit Panor:in c.Cū Marthe de cele/missarū: ꝙ vinum admixtū sanguini post cōsecrationē nō transit in sanguinem nec madidat:idest balneat sanguinē. Et est ratio/quia sanguis nō est in calice p effusionē/sed p glorificationē corporis. Vn̄ in calice est integrum corpus Christi/sicut in eucharistia. Nam cū Christus sit ibi viuus/nec est corpus hōis viui sine anima τ sanguine. Nec sanguis est hōis viui sine corpore τ anima. Et hoc intellige quando apponitur ita modica quātitas liquoris alterius/ꝙ assumat saporem accidentiū/que sunt in calice. Nam si apponeretur vinum vel aqua vel alius liquor in tanta quantitate ꝙ absorberet accidentia prioris vini/desinit ibi esse sanguis Christi/quia sanguis nō durat/nisi durantibus accidentibus prioribus vini/hec ille. verum tn̄ quantūcumqꝫ pars minima alicuius liquoris apponerēt sequerēt corruptio in aliqua parte sacramenti. Ex quo patet ꝙ nō est necesse post sanguinis sumptione calicem vel digitos lambere cū p ablutionē prioris species vini si que relicte essent absorberentur/verumtn̄ sacerdos cum magna diligentia agere debet. Vt sic primo sumat sanguinē de calice/ꝙ nihil amplius fluere possit/tū abluat calicem/ne aliquid de sanguine adherens remaneat in eo/τ post sumptionem illius ablutionis digitis nō disiunctis sui labia oris τ etiam exterior pars calicis speciebus sacramantalibus prius humectata possint tergi: tum eosdem abluat digitos sup calicem vt sic τ humiditas calicis τ species panis si aliquid de illa in digitis remanserit totaliter abluatur:deinde sumat/nō sit aūt nimis parcus in vino circa ablutionē:sed tantum capiat vt os τ labia/que speciebus sacramentalibus fuerunt humectata suficienter ablui possint. Valde quoqꝫ cauendum ne sacerdos sit nimis ꝓlixus in dicto modo agendi/vt non generet tedium astantibus/nec sit etiā in modo agēdi singularis cōtra cōsuetudinē τ astantes nō scādalisent de sua singularitate. Vel de aliis sacerdotibus qui illam singularitatē non obseruant,suspicantes illos errare. ¶ Hic etiam notandū est/si sacerdos

post sumptionē sacramēti vrgeatur sputo vel tussi. etc. Quod nullomō ante sumptionē ablutionis expuendū est/aut exscreādū ne sic species sacramentales et p cōsequens sacramentū eiciat: sed sputum vel quod vrgit ad tussim vel exscreādū retineatur vel transglutiat. Si autē ex nimia violentia h fieri non posset: expuatur in aliquod vas aptum vel in calicē si aliud haberi non possit: vel in paniculū mundū: et postea materia illa cōburatur/et cineres in sacrario reponātur. Sed si sacerdos ante inceptionē misse psentiat se aliqua tali passione violenter molestari. Tucius est vt a celebratione abstineat. Si vero post sumptionē debite ablutionis/vrgeatur aliquo pdictorum: quāuis nō sit amplius periculū/tamen pp̄ter reuerentiā maiorem sacramēti bonum est/vt abstineat quantū potest quousq aliū potum vel cibū sumpserit. Si tamē nimis vrgeatur eiciat huiusmodi supfluitates ad aliquē locum/vbi non cōculcentur pedibus vel habeat secum paniculū/in quē mittat. Hec ex resolutorio dubiorum misse Joannis de lapide. Quod autem hic dicitur/ꝙ nullomō ante ablutionē expuendum seu exscreādū est intelligi potest/quando statim post sumptionē sacramēti cōtingat. Secus si post aliquod interuallū fiat/vt in die natiuitatis dn̄i inter duas missas. Nā non est possibile/vt species sacramētales diu manere possint incorrupte. Jmo necesse est/vt cito corrumpātur. Cum em̄ post sumptionē in stomachū descendunt nō diu psistere possent incorrupte/pp̄ter pmixtionem humorū in stomacho etiā ieiuno pexistencium. Sic etiā in descensu ad stomachū si sint in modica quātitate corrūpunt p admixtionē humoris saliualis. Et pari ratione etiā in ore. Presertim cū post descēsum sanguinis adhuc remaneat in lingua et ore humiditas sacramētalis: quā humor saliualis (qui maior ē) corrumpit. Unde circa hoc sacramentum de possibilibus agendū est quod decentius est: et p maiori reuerētia tanti sacramenti cōuenientius et vbi occurrit difficultas semp accipiendū est illud quod minus habet de periculo/et ꝙ nō sit cum detrimento etiam sanitatis humane. ¶ Et nota secundum eādem doctorū opinionē hic finit Canon p sanctos patres et Romanos pontifices et editus et ordinatus/et idcirco non secundū arbitriū nostrum corrigendus est/vel aliter ordinandus vt quidā (literam antiquā in suis missalibus et corruptam insequentes) conati sunt facere.

Interim liber missalis p ministrū ad cornu epistole reportat ac directe inter anteriorē & posteriorem partes altaris ponit vbi expeditis premissis, celebrans stans versus ad altare, manibus iunctis vel disiūctis, put sibi magis placet, sup altare vel librum positis & legit exinde Cōionem, que lecta, iūctis manibus ante pectus, vadit ad mediū altaris vbi depositis sup eo manibus, hinc & inde extensis, illud in medio osculatur, et iunctis vt prius manibus āte pectus demissis oculis ad terrā ibidem ad manū sinistram, hoc est ad latus dextrū, vertit se ad populum, & dicit intelligibili voce populo versus. Dn̄s vobiscum. Extendendo interim & iūgendo manus ante pe

ctus digitis tamen nō disiunctis. ℟. Et cum spū tuo. Iunctis manibus p eandem viā ad medium altaris reuersus, facta ibidem cruci reuerentia, accedit ad librū vbi extendendo & iūgendo manus ante pectus stās ad altare versus, dicit eadem voce. Oremus. Et caput deo inclinat extensis manibus āte pectus, stans vt prius diximus, dicit post cōionem misse cōuenientem vsq ad. Per dominū. seu aliam cōclusionē quam dicendo, iungit manus ante pectus, & ad verba sic eas tenet vsq ad finē post cōionis, quā cū sua cōclusione ante librum pficit & dicendo. Ihesum Christū, Caput deo inclinat, & sic manus tenet, vsq ad finē post cōionis, qua ibidem perfecta si alie sunt postcōiones dicende responso Amen. Reperit voce simili. Oremus. & subiungit eas, put de orationibus & secretis supra diximus, quibus ibidem vsq ad finē dictis, iunctis manibus ante pectus, reuertitur ad medium altaris, & depositis super eo manibus, hinc & inde extensis, illud in medio osculatur, ac eodē modo iūctis manibus vt prius demissis ad terrā oculis, ad manū sinistrā, hoc est ad latus dextrum ad populū, versus dicit voce predicta. Dn̄s vobiscum Extendendo & iūgendo interim manus ante pectus, digitis non disiunctis. ℟. Et cum spū tuo.

¶ Post sumptionē eucharistie sub vtraq spetie & etiā lotionē calicis sequtur Aña: que cōio dicitur. Et hec est secundum sensū historicum tertia & vltima pars tertie principalis partis tocius offitij misse / in qua redditur grarum actio p sumptorū pceptione finem misterijs imponendo. Et diuiditur in sex particulas. In quarum prima pmittitur quidam iubilus / & exultatio in gratiarum actione p antiphonā / que vt dictum est cōio dicitur. In secunda humilis deprecatio: vt participatio eucharistie effectū salutis operetur ibi. Dn̄s vobiscum. In tertia populus licētiatur: ibi. Ite missa est. In quarta a trinitate petitur oblati sacrifitij acceptatio & ppitiatio: ibi. Suscipe sancta trinitas. In quinta populus benedicitur. In sexta & vltima contra oīa aduersa legitur euangeliū Joannis. In principio erat verbum. &c. ad quas partes addit recessus: sed priuatim & aliquę orationes. Quantū ad primā partem & secundā sumpta ablutione sacerdos dicit cum iubilo / & letitia cōionē: ad cōmemorandum susceptū benefitiū dei: scz sacramenti suscepti intra viscera cum letitia. Et significat cōnem letitiā sanctorum que post cōicationem glorie Christi sequetur in resurrectione futura. Significat etiam antiphona illa scz cōio gaudium discipulorum de resurrectione dn̄i habitū. Joānis. xx Gauisi sunt discipuli viso domino / secundū innocētiū. ¶ Redditus autē ad cornu altaris epistole cum libro & lumine si fit vna candela secundū In

Cōio quid significet.

Reditus ad cornu altaris eplē quid significet.

no/τ Rationale significat ꝑdicationē Christi rediturā ad iudeos in fine
mundi. Secundum illud ad Roma/ix. Esayas autē clamat ꝓ Israel si fue
rit numerus filioꝝ israel sicut arena maris/reliquie salue fient. Sacerdos
itaq̄ spūali gaudio populi secum spiritualiter cōicantis cōcepto letus τ hi
laris tanq̄ Christus in gloria resurrectionis ad populum se vertit ipsum. sa
lutans τ dicens/dn̄s vobiscum: scʒ sit ꝓ resurrectionis sue gloriā. Et respō
det populus vel vicem eius gerens. Et cum spū tuo. Sciens parum valere
dn̄m sacramentaliter accipere: nisi remaneat in intima spiritus deuotione.
Deinde sacerdos reuersus monet populū ad simul orandum in vnū: dicēs
Oremus/τ ꝓsequitur cōplendā seu cōplendas sic dictas eo/ꝙ per eas of-
ficiū misse cōpleatur/in quibus regulariter petit: vt sacra cōio effectū suū
operetur/scʒ gratiā augeat in presenti: τ gloriā cōferat in futuro. Ad hec eīm
petenda/frequēter sonant cōplende/vel saltem ad aliqua ad gloriā eternā
ordinata/τ significat cōplendorum in iuditio ꝑfectionem. Sed secundum
Inno. Salutat populū: τ deinde eleuatis seu extensis manibus/vt hic in ru
bro dicitur/dicit cōplendas ad significandū/ꝙ Ihesus postq̄ apparuit di-
scipulis dicens eis: pax vobis/eduxit eos foras in bethaniā/τ eleuatis ma-
nibus benedixit eis/cui se debet cōformare sacerdos/vt τ ipse extensis ma
nibus benedicat seu in cōplendis benedictionē petat. Quib⁹ finitis reddit
ad medium altaris/quia sicut ꝑ australe cornu altaris representatur iudai-
cus populus/τ ꝑ cornu versus aquilonē gentilis: ita ꝑ mediū altaris si-
gnificatur Christus/qui est lapis angularis duos in se parietes: Iudeos vi
delicet τ gentiles in fidei vnitate cōnectens. Et iterū versus ad populū sa-
lutat populum dicens dn̄s vobiscum. Optans vt recedētes a templo nō re
cedant a dn̄o/vt satagant quatenus dn̄s semper cum eis in omnibus agen
dis maneat/τ nunq̄ ab eorum intentione τ amore recedat. Et populus re
spondens. Et cū spiritu tuo: optat vt ipse sacerdos post missam nō carnalib⁹
sed spiritualibus vacans exercitijs dn̄o semꝑ adhereat/orationibusq̄ iu-
gibus dn̄o vniatur. Nam spiritus est dn̄s τ eos/qui adorāt in spiritu τ ve
ritate adorare oportet. Ioannis .iiij. quasi diceret populus. Et cum spū tuo
sit dn̄s: vt spiritu ambules τ desideria carnis nō ꝑficias. Et significat ap-
paritionē vltimā Christi venientis ad iudicium: que bonis τ electis erit gra
tiosa. Historice vero significat cōtemplationē vite eterne/quam Christus
ascendens ingressus est in secunda eius apparitione. Apparuit bis in die a-
scensionis: vt dicit/ Lyra Luce vltimo. Primo in ciuitate recumbētibus
discipulis τ ibi missis vt irent foras in Bethaniā/idest versus bethaniam
in mōtem oliueti disparuit ab eis τ venientibus ad mōtē oliueti iterū appa
ruit secundo. Et factum est cū benediceret eis scʒ eleuatis manibus vt su-
pra patuit/recessit ab eis scʒ presentia corporali/τ ferabatur in celum vidē
tibus illis ꝓcul dubio in magna quadā τ ineffabili cōtēplatione dulcedine
τ vite eterne ꝓgustatione/tum ex benedictione domini iā ascendētis: tum
quia corporalibus oculis in glorioso corpore gloriose viderūt eum ascende
re in celum cum magna reuerentia susceptum. Quibus populus debet se
tunc conformare quantum potest/ideo dicitur ei secundum hoc optando
dn̄s vobiscum: scʒ sit ꝓ cōtemplationē τ collationē vite eterne/quam Chri
stus gloriose ascendens intrauit. Respondit populus. Et cum spiritu tuo
scʒ sit tali modo vt in eum transformatus eius ꝑsonam digne representes.

De complē dis que se- cundū auto- rē postcōio- nes dicunt.

Per cornu altaris ver- sus austrum [sig]ficatur iudai cus popul⁹ τ versus aq- lonē gētiles

Et adhuc ad populum versus, iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce. **Ite missa est.** Quod dicitur ad omnes missas in quibus dictũ est. Gloria in excelsis deo. Quo dicto celebrans ꝑ eandem viã reuertitur ad mediũ altaris. ℟. **Deo gratias.** Vel si missa ferialis sit aut alia in qua nõ sit dictũ Gloria in excelsis deo. Finita postcõione, & dñs vobiscũ repetito vertit se per viã ꝑdictam ad altare, vbi stans versus ad illud iunctis manibus ante pectus loco Ite missa est, dicit intelligibili voce. **Benedicamus domino.** ℟. **Deo gratias.** In quadragesima a die cinerũ inclusiue. vsq; ad quartã feriã hebdomade sancte' etiam inclusiue in feriali offitio dũtaxat postq̃ celebrans dixit omnes postcõiones, cum suis solitis cõclusionibus, ꝑut superius ordinatũ est, anteq̃ repetat dñs vobiscum, stans in eodem loco, in quo postcõiones dixit ante librũ. conuersus ad altare vt erat, dicit absolute intelligibili voce. **Oremus. Humliate capita vestra deo.** Inclinat caput & subiungit eadem voce oratiõnẽ suꝑ populum ibidẽ ordinatam, cũ sua cõclusione, qua finita, accedit ad mediũ altaris osculatur illud, & conuersus modo superius dato, ad populum dicit, dñs vobiscum, & alia vt supra diximus, dñicis vero, & aliis diebus quadragesime, in quibus de aliquo festo, vel ꝑdefunctis, aut votiua missa celebrat, oratio huiusmodi suꝑ populũ cum suo oremus humiliate capita vestra deo nõ dicitur, sed missa ipsa mõ pri⁹ dicto terminat. Si vero celebrauit ꝑdefunctis omissis, Ite missa est, & benedicamus dño, dicto secundo dñs vobiscum. Reuertitur ꝑ eandem viã, per quam ad populum se conuerterat ad altare, vbi stãs in medio, versus ad illud iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili voce. **Requiescant in pace.** ℟. **Amen,**

¶ Hec est tertia particula/in qua sacerdos populũ ad redeundũ ad propria licẽciat: missam cõcludens tripliciter/secundũ exigentiã tẽporis & misse

De ite missa est. ¶ Primo ꝑ ite missa est/& est sensus. Ite scz ad ꝓpria ꝓ vestra & primorũ corporali necessitate ꝓcuranda: qꝛ missa est scz cõsumata. Hoc eñ magis cõuenit diebus festiuis in quibus diligentius diuinis est laudibus insistendum/ita vt ante finem misse nõ recedatur. Qua finita & spũali refectione accepta cõgrue cõceditur/vt redeant ad ꝓpria ꝓ corporali (vt dictũ est) refectione & necessitate ꝓcuranda/vt sic secundũ vtrumq; hominẽ reficiantur. & ideo ampliores gratias agant, Vel ite missa est: scz vestra oratio ac deuo-

cio ante cōspectū diuine maiestatis in misterio angelorum/qui huic sacrifi-
cio astiterunt. Vel ite de virtute in virtutē post Christum/cum sequendo in
sua vita/charitate ꝛ patientia/vt tandem cum sequi mereamini ad eternā
gloriam/quia missa est/scʒ hostia salutaris Christus ad dexteram patris: spe
ciebus sacramētalibus iā cōsumptis. Et significat illud ꝙ dictū est apostolis
Actuū. j. Viri Galilei quid statis aspicientes in celū hic Jhesus: qui assum-
ptus est a vobis sic veniet/quemadmodū vidistis euntē in celū scʒ ad red-
dendū vnicuiqʒ secundū opera sua. Nolite ergo stare ociosi/sed ite adim-
plete/que docuit ꝛ ꝓcepit/soliciti. Et populus seu loco populi minister q̄-
si cōgratulando respondet deo/gratias scʒ de tantis misterijs cōpletis: ꝛ
beneficijs acceptis. Et in hoc imitatur apostolos/qui adorantes egressi
sunt in Jherusalē cum gaudio magno: Luce vltimo. Ita quia viderunt oīa
mysteria cōpleta esse in Christo. Studeant ergo tunc omnes ꝛ singuli se eis
cōformare non solū ore: sed ꝛ toto corde gratias agentes in hoc mundo nō
stando: sed ad patriā ꝑ bona opera festinando. ¶ Secundo cōcludit missa
ꝑ benedicamus dño: quo verbo nō datur licentia circumastāti clero: sed ad
cōtinuandū religionis cultum additur hec exhortatio ꝑ benedicamus do
mino/nos scʒ diuino cultui specialiter deputati: ꝛ hoc fit in dieb9 ieiuniorꝫ
ꝛ ferialium/in quibus clericos nō cōgruit se statim ad secularia negotia
conuertere: sed in dei laudibus semꝑ ꝑmanere secūdū Jnno. Jdcirco neqʒ
eis licentia redeundi ꝑ ite missa est intimatur/sed (vt dictum est) ꝑ benedi
camus dño. Et respondent deo gratias. Quasi obediēdo sacerdotali exhor
tationi gratias de offitij ꝑfectione dño reddentes. Et q̄m in diebus qua-
dragesime ꝛ aduentus etiā populus magis orationibus insistere debet/ꝙ̄
diebus ceteris/ideo tunc etiā die dñico dum populus diuinis interesse te-
netur nō licentiatur ꝑ ite missa est/sed magis ꝑ benedicamus domino/quo
exhortatur vt sollicitudinē temporaliū temperantes magis solito laudibus
diuinis inhereāt ꝛ spiritualiter ad dñm se cōuertant/ꝛ non vertit se ad po
pulum: sed ad orientē/quia tunc nō loquitur distincte ad populū/sed se cū
populo hortat ad gratias agendas deo orienti a quo omnes illuminantur.

De benedicamus dño.

¶ Tertio in missa ꝓ defunctis ꝑ cōclusione dicitur. Requiescant in pace:
vt finis huius offitij respondeat principio/in quo eis requies eterna postu-
latur. Et quia totum illud offitium singulariter ordinatur ꝓ requie defun
ctis impetranda: ideo eis requies petitur in principio medio ꝛ fine triplex/
scʒ requies a penis/requies beatitudinis anime/ꝛ requies corporis ꝛ aīe
quam accipient in fine seculi.

De requiescāt in pace.

Tum stans ante mediū altaris capite inclinato, & manibus iū
ctis suꝑ altare positis. dicit eadem voce.

Placeat tibi sancta trinitas obsequiū seruitutis mee ꝛ ꝑsta: vt sa
crificiū qd̄ oculis tue maiestatis indignus obtuli/tibi sit accepta
bile/ꝛ mihi ac omnibus pro quibus illud obtuli/sit te miserante ꝓ
picitiabile. Per Christum dominū nostrum. Amen.

¶ Hec est quarta particula in qua sacerdos inclinatus ad altare humili-
ter petit oblati sacrifitij finalē acceptationē ꝛ ꝓpiciatiōem dirigēdo sermo
nē nō ad Christū solum/sed ad totam trinitatem/ad significandū Christum

Assumptū iam sedere ad dextram patris τ cū eodem patre misisse spūm sanctū. In qua oratione tanguntur quatuor: scʒ dignitas eius cui sacrificatur. Secundo ordo τ potestas sacerdotis sacrificium offerentis/ibi obsequiū seruitutis. Tertio humilitas offerētis/qua:vt placitū sit precatur ibi/ego indignus obtuli. Quarto ordinata charitas eiusdem/qua/vt sibi τ omnibus prosit/supplicatur/ibi. Mihi ac omnibus. Textus est clarus.

Extensis manibus hinc & inde sup altare positis, ipsum altare osculatur, erigit se, & adhuc stans versus ad illud, dicit intelligibili voce **Benedicat vos omnipotēs deus.** Iungit manus ante pectus, & caput deo inclinat, & iunctis manibus ac demissis oculis ad terram si altare est populo versum, ita φ in eo celebrās stat populo vers⁹, stans vt erat bndicit manu dextra populo, primo inter cornua euangelij, tū in medio altaris deinde inter cornua epistole dicēs interim, Pater, & filius, & spūssanctus. Si vero altare nō est populo versum, sed cōi mō positum vertit se ad manū sinistram, hoc est ad latus dextrū & p girum tertio populo benedicit, primo versus cornu epistole vbi manu dextra signū crucis pducens sup populum dicit eadem voce. **Pa ✠ ter.** Tum in medio dicens simili voce. **& fi ✠ lius.** Deinde versus ad cornu euangelij dicens voce pdicta **& spiritus ✠ sanctus. Amen.** Primā aūt & terciam benedictiones huiusmodi nō dat directe versus cornua epistole & euangelij, sed magis versus mediū sup populū ibidem existentem, aut si populus qui misse interfuit est in medio, dictis p celebrantem verbis, Benedicat vos omnipotens deus, vertit se, vel non vertit p dispositione altaris, vt supra diximus, & sup populum manu dextra in medio, vnicū tantū crucis signum pducit dicens. Pater & filius ✠ & spūssanctus, & circulum pficit. Si celebrauit coram summo pōtifice, aut cardinale, vel legato sedis apostolice, patriarcha, archiepiscopo, vel Episcopo, in puintia ciuitate, vel diocesi sua existenre, celebrans nō benedicit ppria auctoritate, sed dicto p eum placeat, cōuertit se ad sumū pōtifice genuflex⁹, aut Cardinalē, Legatū, vel prelatū ipm capite inclinato, ab eo benedictionem recepturus, nisi summus pōtifex, Cardinalis, Legatus, vel plato latus signū dederit, celebrans iterū ad altare cōuersus dicit Benedicat vos omnipotēs deus, pater & filius, & interessen

tibus ad manum sinistrã, videlicet in cornu epistole, & in medio benedicit: omissis verbis, & spiritussanctus, ac signo crucis ad dextram videlicet in cornu euangelij, in qua est Põtifex ipse, Cardinalis, Legatus, vel p̄latus, & ibidem sine mora põtifici genuflectit, vel Cardinali, Legato, vel p̄lato, caput inclinat, qui ei benedicit. Si vero locus summi Põtificis, Cardinalis, Legati, vel prelati huiusmodi nõ esset in cornu euangelij, sed in alia parte vel altare esset populo versum. Celebrans recepto signo, benedicendo ꝑtransit eũ & nõ ei sed alijs benedicit ordine solito, tum ab eo benedictionẽ accipit, vt p̄diximus. Si autẽ celebrauit coram Cardinale, Patriarcha, Archiep̄o, vel Ep̄o extra eorum titulũ ecclesiã siue ꝓuinciã, ciuitatẽ & diocesim cõstitutis, nõ habet ad eos in huiusmõi respectũ, sed eis vt ceteris interessentibus more solito benedicit, ꝑfecto circulo, vel si celebrauit ꝓ defunctis, omissa benedictione, quia post missam ꝓ defũctis nõ datur benedictio.

¶ Dicta oratione placeat tibi sancta Trinitas. Sacerdos osculatur altare/ostendens ꝑ hoc (vt inquit Rationale) se p̄missis deuote toto mentis ꝛ corporis assentire affectu/ꝛ hoc osculo salutari summe trinitati cõiungi desiderans/vbi videbitur facie ad faciẽ sicuti est. Quo facto in hac quinta ꝑticula populus ad ꝓpria dimissus benedicitur/vt donis celestibus repleatur ꝛ in bonis contra omnes inimici aduersitates custodiatur p̄stante diuina maiestate beatissime trinitatis patris: scꝫ ꝛ filij ꝛ spũssancti. In dicta oratione vcꝫ placeat tibi sancta trinitas inuocate/ꝛ significat vltimã benedictionẽ suꝑ electos qui ꝑseuerauerunt vsqꝫ in finẽ: quibus dicetur venite benedicti patris mei percipite regnũ. Sed secundũ Inno. Missionẽ spũs sancti suꝑ discipulos in die penthecostes. Fit autẽ hec benedictio vt dicit Rationale ꝑ verbũ oris/ꝛ signũ crucis/quia illa missio ꝑ sonũ aeris ꝛ linguã ignis intonuit. Actuũ ij. Factus est repente de celo sonus. ꝛc. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanq̄ ignis/vel etiã ad significandũ illã missionẽ esse factam merito crucis Christi. Quando autẽ missa celebratur ꝓ defunctis: vt hic dicitur/nõ datur benedictio nec valet cõsuetudo/quia est irrationabilis/ꝛ huius rationẽ ponit Guyelmus in Rationali/quia benedictio fit ꝓ populi excitatiõe: vt in dñi adiutorio cõfidat: ꝛ benedictũ in secula cõfiteatur. At defuncti velut absentes excitari nequeunt licet possint nostris suffragijs adiuuari.

Osculato post dicto placeat vt p̄mittitur altari in medio, & si est vas cũ hostijs consecratis ꝓ alio tempore cõseruãdis reponendũ illud, facto sacramẽto debita reuerẽtia de tecto capite, defert & deponit illud in locum suũ, & locũ ipsum bene

clausdit, quo facto reuertitur ad mediũ altaris, & stans ibidẽ iunctis manibus ante pectus versus ad cornu euangelij dicit intelligibili voce. Dñs vobiscũ. ℞. Et cũ spũ tuo. Signat pollice dextre manus ibidẽ altare, & se in frõte, ore & pectore dicens eadem voce. Iniciũ sancti euangelij secundũ Ioãnem. Gloria tibi domine. Tum eodẽ mõ stans iunctis manibus ante pectus ꝓsequitur simili voce.

In principio erat verbũ/ ⁊ verbũ erat apud deum/ ⁊ deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum: omnia per ipsum facta sunt ⁊ sine ipso factũ est nihil. Quod factum est in ipso vita erat: ⁊ vita erat lux hominũ: ⁊ lux in tenebris lucet/ ⁊ tenebre eã nõ cõprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomẽ erat Joãnes hic venit in testimoniũ: vt testimoniũ phiberet de lumine/ vt omnes crederent p illũ. Non erat ille lux sed vt testimoniũ phiberet de lumine: Erat lux vera que illuminat omnem hominẽ venientẽ in hunc mundũ: in mundo erat ⁊ mundus p ipsum factus est/ ⁊ mundus eum nõ cognouit. In ppria venit: ⁊ sui eum nõ receperunt: quotquot autẽ receperunt eũ/ dedit eis potestatẽ filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius. qui nõ ex sanguinibus: neqꝫ ex voluntate carnis: neqꝫ ex voluntate viri/ sed ex deo nati sunt. Genuflexus dicit voce pdicta Et verbum caro factum est. Surgit ⁊ stãs vt prius pficit euãgelium eadẽ voce. Et habitauit in nobis: ⁊ vidimus gloriam eius gloriã quasi vnigeniti a patre plenũ gratia: ⁊ veritatis.

¶ Postqꝫ sacerdos populũ benedixit: vt donis celestibus impleat in domini adiutorio cõfidens: a quibus aduersarius noster dyabolus nititur nos impedire ⁊ accepta gratia/ priuare animabus corporibus ⁊ rebus nocere/ ideo cõtra aquilonẽ/ a quia secundũ pphetam panditur omne malũ dicitur hoc euangeliũ. Cum autẽ ventũ fuerit ad verbũ caro factum est/ genuflecerit p gratiarũactione incarnationis christi/ vt sicut ab ea incepimus: ita finaliter ad eã redeamus cum abundãtia bonorũ operũ. Sed. a. d. cur ecclesia reprehendit: qui hoc euangeliũ audire solebant/ vt habetur in. c. Quidã laycorum de celebratione missarum. Ad hꝫ respondet ibidẽ panor/ qꝫ ppter hoc illos nõ reprehendit/ sed quia credebant illi sicut dicunt quedã vetule qꝫ non potuerunt illi sine penitentia decedere audiendo hoc euangeliũ: vel quid simile faciendo/ quod damnatur/ quia est supstitio. Ex quo patet error multorum qui nõ deuotionis causa/ sed ex supstitione hoc euangelium vel alia verba sacra/ vel aliquid simile dicunt/ vel penes se portant. Quid ergo dicent/ qui verba vel nomina mirabilia vel caracteres pter signũ crucis penes se deferunt. Pro quo nota/ quod scribit Bartholomeus de chaimis dicens. Si sunt verba diuina ⁊ bona cauendũ est ne ibi immisceant cum verbis sacris aliqua vana/ puta aliqui caracteres pter signum crucis aut qꝫ spes habeatur in modo legendi/ aut scribendi/ vel in vno tẽpore ma-

gis: q̄ in alio/vel in vno loco magis q̄ in alio: vel p̄ vnā personā magis: q̄ p̄ aliā puta. q̄ scribat a ieiuno vel tēpore misse: vel quinta feria post cenā: vel in ecclesia: vel p̄ virginē: vel in fine dicatur. Quicūq3 portauerit penes se istud breue videlicet cartam: vel orationem/vel verba/non periclitabitur in igne vel aqua. &c. Hec eīn omnia supstitiosa sunt & vana illicita secundū Guiel/ & Tho. q. ij. q. xcv. Ut etiā notat Archi. xxvj. q. v. c. Non liceat. Qui autē talibus credunt scribunt portāt seu docent grauiter peccant. xxvj. q. vij. Nō obseruetis: nisi adeo fuerint simplices q̄ ignorantia debeat eos excusare: que tamen eos nō excusat/cum sup̄ hoc fuerint moniti & instructi. Portare tn̄ sup̄ se reliquias sanctorū simbolū/vel orationē dn̄icā vel verba euangelij ex deuotione seu fiducia dei & sanctorū sine predictis supstitionibus nō est re p̄bandū sed tamē p̄hibendū p̄pter periculū simplicium. Hec ille in suo cōfessionali tertia parte sub primo precepto decalogi.

Finito euagelio si celebrauit coram summo pōtifice, aut cardinale Patriarcha, Archiep̄o, seu Ep̄o, in eorū residentijs, aut ecclesia vel loco iurisditionis eorū, cōuertit se ad eū coram q̄ ex predictis celebrauit, & facit ei reuerentiā cōuenientem, quod si nō celebrauit coram aliquo predictorū ut p̄fertur huiusmodi conuersionē & reuerentiā p̄termitit. Minister accipit candelas de altari & extinguit eas celebrans plicat corporale palla intra posita, reponit eam in bursam corporalis, & calicē cum patena in sacculum siue lintheum ad hoc ordinatū ligat, ponit desup̄ bursam cū corporali, & omnia in manum sinistram recipiens, manu dextra retinet bursam corporalis ne cadat, & p̄cedente ipsum ministro cum missali, cussino, ampulis vini & aque, hostiaria cū hostijs candelis & intortitio extinctis, redit ad sacristia vel alium locum cōuenientem vbi depositurus est sacras vestes interim dicēs Antiphonam & psalmos, & alijs sequentia. Si vero sit dimissur⁹ huiusmōi vestes ante altare vbi celebrauit, finito euangelio p̄dicto dimissis vt sunt super altari corporali, & calice, ac alijs supra dictis easdem vestes deponit ibidē, & sup̄ ipsum altare reponitur, interim dicens secrete. Antiphonam.

Trium puerorū cantemus hymnum: quem cantabant sancti in camino ignis benedicentes dominū. Psalmus.

Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate & supexaltate eū in secula. Benedicite angeli dn̄i dn̄o/benedicite celi domino. Benedicite aque omnes que sup̄ celos sunt domino: benedicite oēs virtutes dn̄i dn̄o. Benedicite sol & luna dn̄o: benedicite stelle celi domino. Benedicite imber & ros dn̄o: benedicite oēs spiritus dei: domino

Benedicite ignis ⁊ estus dño/benedicite frigus ⁊ estas domino. Benedicite rores ⁊ pruina dño:benedicite gelu ⁊ frigus domino. Benedicite glacies ⁊ niues dño/benedicite noctes ⁊ dies dño. Benedicite lux ⁊ tenebre dño: benedicite fulgura ⁊ nubes dño: Benedicat terra dominũ/laudet ⁊ super exaltet eũ in secula. Benedicite mõtes ⁊ colles dño:benedicite vniuersa germinãtia in terra dño. Benedicite fontes dño:benedicite maria ⁊ flumina dño. Benedicite cete ⁊ omnia que mouẽtur in aquis domino/benedicite omnes volucres celi dño. Benedicite omnes bestie ⁊ pecora dño: benedicite filij hominum dño. Benedicat israel dñm:laudet ⁊ superexaltet eũ in secula. Benedicite sacerdotes dñi dño. benedicite serui dñi dño. Benedicite spũs ⁊ anime iustorũ dño/benedicite sancti ⁊ humiles corde dño. Benedicite Anania Azaria Mizael dño laudate ⁊ superexaltate eũ in secula. Benedicamus patrẽ ⁊ filiũ cũ sancto spiritu/laudemus ⁊ superexaltemus eũ in secula. Benedictus es dñe in firmamento celi: ⁊ laudabilis ⁊ gloriosus ⁊ superexaltatus in secula.

Psalmus.

Laudate dñm in sanctis eius/laudate eũ in firmamento virtutis eius. Laudate eũ in virtutibus eius:laudate eũ scdm̃ multitudinẽ magnitudinis eius. Laudate eũ in sono tube/laudate eũ in psalterio ⁊ cithara. Laudate eũ in tympano ⁊ choro:laudate eũ in cordis ⁊ organo. Laudate eum in cimbalis bene sonantibus/laudate eũ in cimbalis iubilationis omnis spũs laudet dominum. Gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper ⁊ in secula seculorũ. Amen. Repetit antiphonã secrete. Triũ puerorum cantemus hymnũ quẽ cantabant sancti in camino ignis benedicentes dominum.

Stans detecto capite in cornu epistole versus ad ipsum altare, si est coram eo, vel si est alibi detecto capite dicit secrete.

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster. Quo secrete cõpleto dicit. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Sed libera nos a malo amen. Cõfiteantur tibi dñe omnia opera tua. Et sancti tui benedicent tibi. Exultabunt sancti in gloria. Letabuntur in cubilibus suis. Non nobis dñe nõ nobis Sed nomini tuo da gloriã. Dñe exaudi orationẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas igniũ: cõcede propicius vt nos famulos tuos nõ exurat flamma vitiorũ. Alia oratio.

Actiones nostras quesumus domine aspirando preueni. ⁊ adiuuando prosequere: vt cuncta nostra oratio ⁊ operatio a te semper incipiat: ⁊ per te incepta finiatur. Per Christum dominũ nostrũ. Amen.

Quibus dictis & sacris vestib' depositis reponit calicē & patenā in saculum siue lintheū ad hoc ordinatū ligat, plicat corporale palla intraposita, reponit ea in bursam, restituit omnia ad loca sua, & vadit in pace.

Completa missa sacerdos ex intima deuotione legit hymnum trium puerorum: quia sacerdos instar puerorū iam existit ex sumptione diuinissimi sacramenti in camino ignis summe deuotionis purgatus. Et ergo dicit Bonauentura in sermone de corpore Christi. Si post cōionem non sentis aliq̄ spiritualem refectionē signum est infirmitatis tue spūalis vel mortis: ignē enim posuisti in sinum ꝛ non sentis calorem: mel in ore ꝛ non sentis dulcedinem. Si vero consolationē sentis aliquam non tibi/sed diuine tribue bonitati: de frequentatione autē huius sacramenti hoc breuiter (vt inquit Gabriel) dicitur ꝙ licet vtrūq; accedere videlicet ad sacramētalē cōionē ꝛ ab eadem abstinere in casu meritorium est: ꝛ laudabile ceteris aūt paribus melius est accedere sumendo sacramentaliter ꝛ spūaliter/ꝙ abstinendo tantū spiritualiter sumere. Nam plures effectus consequūtur sacramentū sacramētaliter sumptū ex opere operato/que non cōsequūtur eius sumptionē spūalem tantum. Unde patet in prudentia eorum atq; stulticia/qui dispositi abstinent a sacramentali cōione. Stulti quo ad se ꝛ inprouidi: quo ad proximos ymmo ingrati quo ad deum: quia sibi subtrahunt gratie augmentū: proximis auxilium: deo honorem ꝛ gratiarumactionem. Unde bernar. Sacerdotes dei benedicite domino digna deo satagentes ne vobis fiat in ruinam/quod digne sumentibus pmissum est in medelam. Sacerdotes dei non immerito vos dixerim si vixeritis sacerdotaliter in domo domini. Non enim prouenit dignitas in hoc nomine/quod est sacerdos: nō inquā ex nomine/sed ex virtute/conuersatione nō offitio: merito nō vocabulo/sanctitate non ministerio. Unde scriptura dicit: Sacerdotales viros querimus: qui plures habemus sacerdotes: plures inquam numero non merito/simulatione non fide specie non virtute: cōmixtione corporali non vinculo spūali: carnis adiunctione nō cordis vnitate. Sunt enim lotis manibus: tamē inlotis operibus: cruenta cōscientia ad diuina accedunt sacrifitia comedunt sine timore: ꝛ sine reuerentia carnes eius/qui presidet in celo: sicut carnes: que vendūtur in foro. Non sicut sacerdotes assistunt in altario/sed sicut carnifices in macello Graue igitur pondus graue est periculum istius honoris/gradus quippe iste/gradus casualis est/gradus iudicialis est: nisi meritis illustretur dignitas vnctionis: nobilitate morum: exercitatione virtutū/ꝛ instantia bonorū operum. Satagite igitur quantū potestis redimere cito in quibus offendistis. Dies enim domini sicut fur ita veniet. Sicut em̄ nihil certius morte ita hora mortis nihil incertius. Satagite quidem cernere sacre misse tam opera/tam cū signis signata/ꝛ eiusdē Cerimonialia Christi passionē deuotissime figurantia ꝛ ad pensandum inuigilate/deo pfecto erit ad gloriā angelis ad leticiam cunctis hominibus odor ad vitam/vobis omnibus ad spiritus ꝛ mentis suauitatem/huius cibi dignissimi dignā pceptionem/ꝛ tandem in patria ad coronam ppetuā: ad quam nos perducat: qui in sacro euāgelio Joannis. c. vj. ꝛ dicit/ꝛ clamat/operamini/cibum: nō cibum: qui pe-

rit/ſed qui pmanet in vitam eternam: hoc eſt Iheſu Chriſto dño noſtro: q̄ cū patre et ſpūſancto viuit et regnat in ſecula ſeculorū. Amē. ¶ Finis notabiliū et gloſarum quas Stanislaus Zaborowſki Regni polonie teſauri cuſtos ex diuerſis autoribus approbatis appoſuit. Sequitur adhuc textus Romani ordinis miſſe.

¶ De his que omittuntur in miſſa p defunctis.

In miſſa p defunctis: ad introitum nō dicitur Gloria patri. Nec dicitur Gloria in excelſis deo: nec alleluia: nec iube dñe benedicere: et benedictio ante euangelium: nec euangelio dicto oſculatur textus: nec dicitur Credo: aqua calici imponenda p ſacrifitio nō benedicitur: agnus dei ſpetialia habentur: oratio domine Iheſu Chriſte q̄ dixiſti apoſtolis etc. nō dr. Pax nō dat: nec miſſa finita populo benedicitur: ſed omiſſis: ite miſſa eſt: et benedicamus dño dicitur. Requieſcant in pace: placeat et omnia alia dicuntur et fiunt que et put in ceteris miſſis dici et fieri conſueuerunt.

¶ De celebratione duarum vel triū miſſarum eadē die.

Hic habes vnū caſum: in quo ſacerdos habens duas eccleſias parochiales poterit duas miſſas in feſto celebrare.

Sunt nōnulli ſacerdotes: ob raritatem clericorum: aut eccleſiarū paupertatem: duas parochiales eccleſias obtinentes: quibus a iure cōceditur duas miſſas celebrare in die: hij vel quicūq alij ſacerdotes: in caſibus a iure pmiſſis bis in die celebrare volētes: nō debent in prima miſſa poſt ſumptum ſanguinē ſe purificare/vel ablutionē digitorum ſumere/ſed poſt ſanguinis ſumptionē. digitos ſup calicem abluere: et ablutionem huiuſmodi in aliquod vas mundum reponere: et alia die qua vnam miſſam tm̄ celebrarunt/poſt ſanguinis ſumptionem: vel eadem die poſt dictam ſecundā miſſam de ea ſe purificare ſeu poſt purificationē et ablutionē eiuſdem ſecūde miſſe eam ſumere. plures autē q̄ duas miſſas vna die celebrare nō licet/ſola die natiuitatis ſaluatoris noſtri Iheſu Chriſti excepta: in qua quilibet ſacerdos: alias ad celebrandū diſpoſitus poteſt tres miſſas celebrare/quod facturus etiā nō debet in prima et ſecunda miſſa ſe purificare aut ablutionē digitorū ſumere: ſed eam in aliqđ vas mundum reponere et eam poſt purificationem tertie miſſe ſumere. Qui autē eadem die plures miſſas celebraturus/in pma vel ſecunda miſſa ſe purificauerit: aut ablutionē ſumpſerit/non debet illa die vlterius celebrare. preterea ſacerdos: In die Natiuitatis pdicte duas vel tres miſſas: etiam ſine aliqua intermiſſione celebraturus/debet ante quamlibet miſſarum huiuſmodi dicere cōfeſſionem: et in fine cuiuſlibet populo benedicere/et poſt primam et ſecundam miſſas huiuſmodi dicere euangeliū: s. Joannis In principio: erat verbum, etc. Ac omnia alia facere et dicere: purificatione

omissa/vt prefertur/que in aliis missis dierum: in quibus vna tantum missa celebratur: dicuntur et fiunt: post tertiam vero missam loco dicti euangelii.s. Joannis solet dici euangeliū secundū Matheum. Cum natus esset Jhesus.etc. quod habetur in missa diei Epiphanie domini.

De missa sicca nucupata.

Sunt et alii sacerdotes qui in Quadragesima vel in aliis diebus in quibus due misse spetiales habentur: videlicet vna de festo: et alia de dñica: vel feria: celebrata earum altera: aliam p deuotione sua legunt: absq consecratione: quod fieri licet hoc ordine: data bene dictione post missam celebratā: et euangelio sancti Joannis lecto/ celebrans deponit casulam/et aliis omnibus paramentis retentis/ stans in cornu epistole versus ad altare/detecto capite: legit absolute ex missali introitum alterius misse Gloria in excelsis deo: si illud in prima missa non dixit: et secūde misse conueniat/alioquin ipsum ptermittit. Idem obseruat de credo in vnū deum/subiungit absolute(pretermissis.℣. dñs vobiscum/et oremus)orationē: Epistolam: Graduale/Alleluia: vel tractum: Euangeliū quod incipit sequentia/vel inicium sancti euangelii (ptermissis.℣.dominus vobiscū)offertorium/cōionē et similiter omissis ℣. dominus vobiscum et oremus/absolute subiungit postcōionem/omnia intelligibili voce legens: et sic ibi absq aliqua cerimonia offitium ipsum terminat/ tum dicit secrete seu cōpetenti voce Antiphonā. Triū puerorū etc. deponit oia paramēta put superius post missam ordinariā dictū ē.

De eadē missa sicca in mari & fluminibus celebrari solita.

In loco fluctuanti/vt in mari/et fluminibus celebrare nō licet alicui.Consueuit tamē in mari:p populorum deuotione/absq cōsecratione missa(quā siccam vocant) dici p sacerdotem/hoc ordine/in loco nauis ecclesiola nuncupato/parata est mensa:supra quā ponitur mappa munda/etiā nō benedicta: et in medio partis posterioris eiusdem mense crux:ac hinc et inde in cornibus posterioribus ipsius mense: duo candelabra cum duabus candelis ardentibus collocātur/vbi sacerdos missam huiusmodi dicturus: āte dictam mensam stans/accipit superpelicium/ et desup stolam ab humeris pendentē quam transuersat ante pectus in modum crucis/et cingulo eam firmat/vel secundū alios: omnibus paramētis sacerdotalibus induitur/ordine superius dato/omissa sola planeta/siue casula/qua nō vtitur.sicq paratus stans ante mensam pdictam:facit cōfessionem cum interessentibus dicens. In nomine patris et filii et spiritus san-

cti.&c. Introibo.&c. put habetur supra in principio misse/vsq; ad orationem. Oratio te domine. Ut per merita.&c. exclusiue ascendit ad mensam/predictam/& omisso illius osculo/stans in cornu episto le/legit illius introitum. Kyrie eleyson. Gloria in excelsis. Si est dicendum/dñs vobiscum: nõ vertendo se ad populum/oremus & orationẽ ordinariam: deinde si placet/& dici conueniat facit vnam vel duas commemorationes: legit Epistolam. Graduale. Alleluia: si est dicendũ/vel tractum: portat librum ad cornu euangelij/dicit in medio mense mũda.&c. Jube.&c. Deinde ante librum: dominus vobiscum. Sequentia.&c. Signando librum & se in fronte ore & pectore/finito euangelio osculatur textũ: dicit Credo/si dies & offitium requirit. Dñs vobiscũ nõ vertendo se ad populũ: oremus offertorium/Prefationẽ/sanctus.&c. Oremus preceptis salutaribus.&c. Pater noster: Agnus dei: & dat osculum pacis: si alias offitio misse illius diei quod legit cõueniat reuertitur cum libro ad cornu epistole dicit cõionem in eodem loco/dñs vobiscũ: nõ vertendo se ad populum: postcõionẽ & cõmemorationes: si prius fecit ibidẽ dñs vobiscum vt prius/& ite missa est: vel Benedicamus/put conuenit/aut requiescant in pace/si legit p defunctis/quo dicto ibidem se vertit ad populum & illi more solito benedicit. Si non legit p defunctis: p quibus si legit/benedictionẽ huiusmodi ptermittit. Tũ dicit dominus vobiscum/& signans seipsum in fronte: ore/& pectore continuat Iniciũ sancti euangelij secundũ Joannem: In principio.&c. vt supra quo finito vestes sacras quas recipit/ibidẽ deponit. Omnia premissa in missa huiusmodi dicuntur voce intelligibili: ita q ab omnibus illi interessentibus audiatur.

¶ De eadẽ missa corã infirmo, vel alia persona celebranda.

Et si aliquando accidat: q quis infirmus vel alius velit missam audire vbi nõ est sacerdos ad celebrandum dispositus/quia ipse eadẽ die celebrauit: vel ex alia legitima causa poterit sacerdos in ecclesia/vel alio loco cõuenienti: vt pmittitur paratus missam huiusmodi siccã legere: in omnibus & p omnia prout superius de missa Nauali dictum est: & nõ debet in ea sacramentũ ostendere etiam si illud in ecclesia ibidem in loco suo sacro habeat paratum pp̃ter periculum ostensionis. Ad laudem saluatoris nostri.

Finis ordinis misse.

Addicio ex libro missali Romano.

Ordinis misse Epilogus.

Sacerdos celebraturus prius apud se penset/que sit celebrandi intentio/vt nō ppter vanam gloriā: lucrum: consuetudinem aut verecundiam celebret. Sed intendat precipue latriam domini colere: mortem Christi seu passionem recolere: ecclesiā totā eiusqꝫ mēbra: pcipue quibus magis obligatus est/ et qui plus indigent iuuare: intēdat deniqꝫ huius virtute sacramēti et sacrificij se consecuturum peccatorum remissionē: augmētum diuine dilectionis: sueqꝫ tandem assecutionē eterne saluationis seu beatificationis At vero vt pdictum finem seu fines cōsequatur/apud se considerare debet huius misterij veritatē vcꝫ quid et quis recipit. Quid considerando rei dignitatem magnificentiam/immensam maiestatem atqꝫ ineffabilem clementiā/quoniam hic sumitur deus verus sanctus sanctorum: rex regum: et dn̄s dn̄antium: qui sua bonitate cuncta creauit: et vt nostre redemptionis precium deo patri offerret/inestimabili pietati homo factus/mortem crucis pertulit: seqꝫ sumendū hoc sacramēto: et in eius passionis memoriā. et hereditatis eterne pignus nobis instituit. ¶ Deniqꝫ consideret quis sit ipse qui sumere debet: quia creatura humana et racionabilis spiritualium omniū quanto infimior et infirmior: tanto indignior. Sic igr̄ consideratio nostre prauitatis: ad timorem et reuerentiā respectu tante maiestatis: animū inclinabit. Nam si ipsius clementiā: bonitatem: et sanctitatē attendamus: quo maior est dignatio sua qꝫ indignitas nostra eoipso respectu tante bonitatis in amorē et deuotionem simul attendamur: vt et ibi simul sit cū fiducia. timor nō seruilis: sed cum humilitate amor filialis. Sicqꝫ in spem misericordie consequende erigemur: vt ab ipso auxilium secure postulemus/qꝫ dicit/petite et accipietis/querite et inuenietis/quod maxime nobis in hac oblatione assequi credendū est/in qua sacerdos hic et in alijs veniā/et gratiam desursum postulat. ¶ Sed quoniā orantis nō est satis diuinū affectare subsidiū: nisi pprium prius recognoscat defectū et delictum/ideo missam que est orationū precipua debet precedere de omissis et cōmissis generalis cōfessio/cōtritio: atqꝫ saltē in pposito satisfactio. ¶ Vn̄ nouerit sacerdos qꝫ si cū cōscientia certa vel probabili pctī mortalis missam celebret triplex ad minus mortale peccatum incurrit. primū quia indignus psumit accedere Secundū quia indignus psumit sacra tractare. Tertium: quia corpus Christi et sanguinē indigne et ad iudiciū sibi nō formidat accipere. ¶ Quapropter cū se ad missam celebrandā disponit a mundanis et vanis operibus et cogitationibus etiam licitis quantū potest

abstineat. Et se totū idest facta sua recolligat. sacerdotem adiens cōscientiam suam, facta sua manifestans ore ꝓprio accuset petens primo benedictionē dicēs. Benedicite pater. Confessor dicat. Dominus sit in corde tuo: ⁊ in labijs tuis ad confitendū peccata tua. In nomine patris ⁊ filij: ⁊ spūssancti. Amen. Tunc dicat cōfitens sacerdos peccata sua quibus manifestatis / correctis ⁊ penitentia iniuncta cōfessor dicat. Misereatur tui omnipotens deus / ⁊ dimissis peccatis tuis ꝑducat te ad vitā eternam. Amen. Indulgentiā absolutionem ⁊ remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens ⁊ misericors dñs. Amen. Meritū passionis dñi nostri Jhesu Christi: suffragia sancte matris ecclesie / bona que fecisti / ⁊ que per dei gratiā facies sint tibi in remissionē peccatorum Amen. Deinde absoluat dicens. Deinde absoluat dicens. Dñs noster Jhesus Christus: qui est summus pontifex / ꝑ suam ꝑijssimā misericordiam te absoluat / ⁊ ego auctoritate ab eo mihi cōcessa: absoluo te primo a sententia minoris excōicationis si indiges. Deinde absoluo te a peccatis tuis. In nomine patris ⁊ filij ⁊ spūssancti. Amen.

Hec est forma absolutionis, nec opus est ii de necessitate alias addere particulas nisi quando confitēs dicat se incidisse in excōicationem maiorem vel irregularitatem & huiusmodi, tunc confessor si eum absoluendi habeat potestatē post illā particulam. Si indiges addere debet. & a maiori sententia excōicationis quam incidisti, &c. ¶ His itaqꝫ pactis, & penitentia iniuncta, si sibi vt eam ante missam ꝑficiat iniunctū est completa cū contritione & ꝓposito ꝑ satisfactione de his, & his quibus tenetur aliquam orationem vel orationes dicat deuote. ¶ Sacerdos igitur missam celebraturus imprimis adminus matutinas & primā horas canonicas dicat deuote excepta missa noctis & aurore natiuitatis domini que ante primā celebrari potest, nisi statuto alicuius dyocesis aliter disponatur. Deinde si voluerit poterit ꝑ maiori deuotione si est dispositus orationē dicere. Sūme sacerdos, &c. vel aliquas alias orationes. Illas orationes nō ommittat, quas ex statuto sue diocesis dicere tenetur, tum āte altare vbi paramenta est induturus genuflexus dicat. Introibo in domū tuam, &c. & cōtinuet oīa modo & ordine, vt supra in hoc libro expressis

¶ De effectibus in missa occurentibus de eorū remedijs

Defectus misse sunt quando requisita ad misse celebrationem deficiunt. Ipsi autē defectus cōtingunt. ¶ Aut ex parte sacramēti. ¶ Aut ex parte ministri ¶ Aut ex parte ministerij quia in sacramento requiritur. ¶ Panis triticeus. ¶ Uinum de vite. ¶ Aqua naturalis et sunt hec ex parte materie. ¶ Ex parte vero forme requiruntur verba consecrationis et intentio consecrantis. ¶ In ministro autē requiritur exterius debitum vestimentum/ et in corpore ieiuniū et dispositio mentis et anime. ¶ Et in ministerio requiritur q̄ missa cōpleatur/ scʒ q̄ sacramentū sit cōpletum et perfectum/ et q̄ sacerdos sumat sacrifitium sub vtraq̄ spē cōicando: tociens aūt sumat: quociens celebrat/ quia per ipsum sacramentū in sumptione cōplementum sue significationis recipit/ et de his aliquid est hic dicendum.

De defectibus in missis occurrētib⁹.

¶ Et primo de panis defectu.

De panis defectu.

¶ Circa quod primū aduerte/ q̄ stricte et ꝓprie loquendo Canon incipit secundum. Inno. ho Io. an. panor. Alex et cōiter scribentes p.c. Cum marthe de cele. missarum. Qui pridie q̄ pateretur accepit panem. &c. Et forte ab his verbis apostoli vel in ecclesie principio/ loco relatiui qui: sic hunc incipiebant canonem dicendo. Dn̄s noster Ihesus Christus ṗdie: q̄ pateretur. &c. sed postea sancti patres addentes precedentes orationes et eas annectendo ad hunc canonē mutauerunt. Dn̄s noster Ihesus Christus in q̄ relatiuum: referens tamen eadem verba. ¶ Unde si quis sacerdos missam celebrando perpendat nō fuisse debitā panis materiā/ q̄ si hoc aduertit ante hanc orationē. Qui pridie: Sic accipiet aliam hostiam. Et secundū Angel de Cla: reincipiet ab illa oratione. Suscipe sancte pater. &c. qua dicta omissis alijs dicet. Ueni sanctificator. &c. his duabus orationibus dictis alijs omissis ꝓsequatur vbi dimisit. Quidā vero dicunt et bene/ q̄ nihil de prius lectis repetendo ꝓcedi debet vlterius. ¶ Quod si post dictam orationem. Qui pridie/ defectum in hostia aduerterit: recepta alia hostia incipiet ab hac oratione. Qui pridie et loco illius relatiui/ qui dicet dn̄s noster Ihesus Christus: pridie q̄ pateretur. Accepit panē. &c vsq̄ ad orationē. Simili modo postq̄ cenatum est. &c. exclusiue/ et omnibus alijs omissis ꝓsequat vbi dimisit. ¶ Si vero nō aduertit defectum/ nisi post sumptionē hostie/ q̄ non erat debita/ hoc non obstante: q̄ non sit ieiunus accipiet aliam hostiā debitā et reincipiet/ vt dictum est: Dn̄s noster Ihesus Christus pridie q̄ pateretur. &c vsq̄ ad Simili modo. &c. exclusiue: Et postea alijs omissis sumet eam dicens. Corpus dn̄i nostri Ihesu Christi: et ꝓsequitur vbi omiserat ¶ Sed quid dicendū: si hostia inueniatur fracta ante cōsecrationem. Re. nihilominus potest cōsecrari/ nisi sit scandalum in populo quia tunc aliam accipiet/ quia fractio et quadratura et huiusmodi non viciant sacramētum sicut nec tollunt substantiā panis. Nec obstat si aliquid nō sit vnum/ quia intentio sacerdotis est totam illam hostiam consecrare/ et consequēter omnes eius partes siue vnite sint siue diuise. ¶ Sed quid si hostia ante consecrationem inueniatur parum corrupta: vel fermentata: dicendum q̄ alia debet recipi et consecrari alias grauiter peccaret sacerdos ꝓpter irreuerentiā tanti sacramenti et ecclesie ṗcepti transgressionem. Sed si post cōsecrationem/ ꝓcedat et de irreuerentia sacramenti doleat et penitentiam agat.

¶ De vini defectu.

Sacerdos si aduertat vinū esse corruptū. Si quidem hoc perpēdat ante cō
secrationē corporis Christi/recipiet aliud vinū cum aqua. Et secundū An-
ge: de Cla. Reincipiet ab illa oratione. Deus qui humane substantie cum
oratione offeremus: ⁊ alia veni sanctificator. ⁊c. his tribus orationibus di-
ctis ⁊ alijs dimissis ꝓsequatur vbi dimiserat. Quidam vero dicunt ⁊ bene
ꝙ nihil de prius lectis est repetendum: sed simpliciter vino cum aqua acce-
pto vlterius ꝓcedendū. ¶ Si vero post consecrationē perpendat/sic acce
pto alio vino cum aqua/solum incipiet ab illa oratione simili modo postꝗ̄
dn̄s noster Jhesus Christus cenauit: accepit calicē. ⁊c. vsqꝫ ad vnde ⁊ me
mores exclusiue: ⁊ omnibus alijs omissis prosequatur vbi dimisit. Et no-
tanter sic dicitur quia si aliter diceret sacerdos nō consecraret: secundum
Scotū ⁊ Ric: in. iiij. di. viij. ⁊ dictū Ange/in summa. Quia oratio illud si-
gnificat: quod exprimitur: nō quod est in intētione ꝓferentis: ⁊ ideo si nul
la fieret mentio de Christo: intelligerētur illa verba de corpore sacerdotis
vel sanguine non de Christo: ⁊ sic secundū dictos doctores non consecra-
ret/quaꝓpter quidam in defectu/tam hostie quam vini: incipiunt ab illis
verbis canonis. Hanc igitur oblationem. ⁊c. Ubi tamen aduerte/ꝙ cū san
ctus Tho. inchoandū dicit: a forma intelligi potest a particula: que inclu-
dit ⁊ introducit formam: vt qui pridie: quantū ad corpus consecrandum: ⁊
quantum ad sanguinē. Similimodo postꝗ̄ cenatum. ⁊c. mutatis mutandis
Et est verisimile/vt forma ꝓferatur ex persona Christi non solū quantum
ad intentionē/sed etiam quantū ad verborum seriē. ¶ Sed quid si sumpto
corpore Christi inuenit calicem vacuū: vel aquam/aut acetū loco vini in ca
lice/ quā vel quod bibit ⁊ deglutiuit. R. Tho. in iij. parte. q. lxxxiij tenet/
ꝙ est alia hostia: ⁊ aliud vinū sumendū ⁊ consecrandum: ⁊ allegat ꝑ se. c. ni
hil. vij. q. j. Quidā dicunt ꝙ ꝓpter scandalum nihil est reiterandū: ⁊ maxime
cum non sit ieiunus. Sed alij dicunt: vt Scotus in iiij. di. viij. Et Gabriel
lectione. x. Et Ange/de Cla in ꝟ missa. §. xvi/ꝙ solum est accipiendū vinū
cum aqua ⁊/vt supra dictum est/dicendū Similimodo postꝗ̄ dn̄s noster Je
sus Christus cenauit: accepit calicē. ⁊c. vsqꝫ ad vnde ⁊ memores exclusiue ⁊
alijs omissis dicat. Sanguis domini nostri Jhesu Christi custodiat. ⁊c. ⁊ su
mat. Nec obstat ꝙ non sit ieiunus/quia est maius preceptum ꝙ sumatur in-
tegre: ꝗ̄ ieiuno stomacho/vt patet in. c. comperimus/⁊. c. Relatum. de. cō
se. di. ij. Nec scandalum est curandum: quia est pharisеorum acceptū ⁊ nō da
tum/quod dn̄s cōtemnere docuit. Mathei xv. Nec necessitas subiacet le-
gi sufficit igitur cū id quod deficit suppleatur. ¶ Si vero quando habet a
quā vel acetum in ore anteꝗ̄ degluciat aduertit/tunc vt dicitur in Dire. li.
j. Ti. xvij. Si potest sine scandalo spuet in calicē/⁊ extrahet particulam ho-
stie/⁊ aquam reponet in alio vase/⁊ sic accipiet vinum cum alia aqua ⁊ cōse
cret: vt dictum est/⁊ in eo ponat particulam hostie: ⁊ sumat postea illam
aquā: si potest facere sine periculo vomit⁹ vel si timet de vomitu finita missa
reponat aquā in sacrario ⁊ idē diceret de particula ꝙ esset cōburēda ⁊ cine
res in sacrario reponēdi: qn̄ sine periculo vomitus recipi nō posset/vt dicit
An. de Cla. in ꝟ missa §. xvij. ¶ Si vero nō potest haberi vinū/qd de nouo
infundatur/ꝓcedat in missa sumendo corpus Christi cum illo aceto si po-
test: ⁊ agat penitentiā de tali negligentia tanꝗ̄ de sacrilegio ꝑter imperfecti
onem sacramenti. Nō enim in aceto puro potest fieri consecratio. Cū acetū

& vinū differant spetie/sicut mortuū & viuum/secundū philosophū viij. Me thā. Si aūt nō est omnino acetū/sed solum acetosum: tendens seu in via existens ad corruptionem pcedat: & de irreuerētia sacramenti doleat/quia in acetoso nōdum plene amisso spetiē vini confici potest/sed tamen grauiter peccat in eo cōficiens pter irreuerentiam sacramēti. Vn sacerdos nunq̄ debet cum tali celebrare scienter/nisi forte in magna necessitate. ¶ Cautela generalis contra dicta pericula omnia est/vt sacerdos a principio ante quā ad altare accedat/vel in offerendo pcedat: non estimet: sed sciat se debitam habere materiam scz panem incorruptum & vinū purū ac bonū non acetosum/de quo competenter infundat & oblatam conuenientem eligat. Quia hoc sacramentum debet sensibus deseruire ad videndū tangendum/gustandum/ita vt sensus reficiatur ex spetiebus/& intellectus ex re cōtenta foueatur. In pparatione quoq̄ calicis caute respiciendū est/ne pmittantur gutte adherere calici/sed statim abstergantur. Si vero primo aduerterit tempore consecrationis: caueat ne hanc guttam consecrare intendat presertim si dubitat an sit gutta vini vel aque/sed vel abstergat: vel descendere in calicem faciat quantum cōmode potest. Si autē post cōsecrationē guttā adherere calici viderit/nullo modo descendere faciat/quia ex hoc sequeretur corruptio sacramenti ex parte si hec gutta non esset cōsecrata: sed cum ablutione sumat vel ante ablutionem sub dubio vel conditione: Si de consecratione dubitat: Similiter faciat de particulis in corporali inuentis/sed post ablutionē eas nō sumat/cū non sit ieiunus sed seruet eas in corporali & loco honesto vsq̄ ad aliū diem/& tunc sumat: vt sacramentum si est certus: vel sub conditione si de consecratione nō est certus. Et intellige p̄dicta quando particula videtur ex interuallo post sumptionē/puta: quia iā reposuit calicē/secus si in eodē actu de quo circa cōionē dictū est latius

¶ De defectu aque.

Si celebrās percipiat aquam non fuisse appositam vino ante consecrationē vini debet eam apponere nihil reiterando. Si autē pcipiat post consecrationē sanguinis tunc secundū.s. Tho in iij. parte q. lxxxiij. nullo modo apponat/quia nō est de necessitate sacramenti & sequeretur corruptio sacramēti in aliqua parte. Si quis autē ante consecrationē scienter dimitteret appositionem aque grauiter secundum .s. Tho. peccaret: quia ageret cōtra cōstitutionem ecclesie/& quia dominum apposuisse creditur: Non autē sufficit q̄ aqua ponatur/quando adhuc vinū est in dolio vel cantaro quia hoc nō significaret aliquid/sed oportet q̄ imminēte oblatione apponatur/ad significandum misticum sensum. Similiter secundū Alex. grauiter peccaret: qui non apponeret aquā ex negligentia/quia nulla adhibita est diligentia veniāliter aūt peccaret: qui ex negligentia semiplene diligentie/secundū mētem. Bona. in iiij. dis. xi.

¶ De vino in calice congelato.

Quid si vinum in calice cōgeletur. R. q̄ celebrans debet ipsum ante consecrationem resoluere/vt habeat rationem actualē potus/si tamen nō resoluit: adhuc conficit/quia vinum congelatum non differt a nō congelato: nisi qualitate accidentali.

¶ De perturbationibus occurrētibus missam celebrātibus.

Nunc dicendum est de perturbationibus interdū occurrentibus/his qui

missam celebrant. Turbatur autē missa: aut propter scandalū sacramenti: siue
rē propter scandalū sacerdotis. Scandalum sacramēti si cadat/aut vomitu
piciatur. Scandalum sacerdotis est: si sumere nequeat/aut ꝑpter cōmixtio
nem alicuius abhominabilis vel periculi: aut ꝑpter apparitionem alicuius
speciei/que nō debet comedi: aut potari.

¶ Quando cadit corpus Christi.

Si hostia dilabatur in calicem: debet vlterius ꝓcedere/nec est necesse ali-
quid reiterare/secundū s. Tho. iij. parte. q. lxxxiij. Quia: quod sola vna
pars mittatur in calicē hoc respicit corpus Christi misticum/ideo preter-
missio huius non facit imperfectionem sacramenti. Sed secundū Inno/vt
recitat Landul in iiij. di. x. Si aliqua pars remansit in manu frangat illam
et partem mittat in calicem. Conclude igitur ꝙ si hostia ex aliquo casu ante
fractionē cadat in calicē ꝓcedat celebrans et postea simul corpus et sanguinē
in calice sumat. Si vero post fractionē ceciderit/aut inter frangendum: ita
ꝙ pars in manu remaneat: tunc frangat illam partem et in calicem mittat/
quia prima casualiter cecidit. Similiter faciendū si infirmus aut alius cōmu-
candus esset/nec aliqua consecrata haberetur: quia sacerdos potest frange
re hostiā sibi debitam in partes: et sic distribuere/ita tamē vt sacerdoti sem
per aliqua pars sumēda remaneat/quia celebrāti ꝓcipitur sumere integrū sa-
cramentū corpus et sanguinē sub vtraqꝫ specie. de. conse. dis. ij. c. Perlatū.
¶ Si autē sup terram et huiusmodi ceciderit radat terra: secundū Gabri
lectione lxxxviij. et rasura incinerata in sacrariū ponatur/ Sed si cōmode ra
di nō posset sufficit cū lineo panno humectato locum tergi et lauari. Secus
si sup pallam altaris/aut pannū mundū ceciderit si tamen inuenta fuerit.
Si vero inuenta nō fuerit/aut mus: vel aliud animal comederit. de hoc c.
Qui non bene de. conse. di. ij sic dicit. Qui non bene custodierit sacrariū et
mus vel aliquod aliud aial comederit quadraginta diebus peniteat. Qui
autem perdiderit illud in ecclesia aut pars eius ceciderit: et non inuēta fue
rit triginta diebus peniteat. Addit sanctus Tho. eadem penitentia vide-
tur dignus sacerdos per cuius negligētiā hostie consecrate putrescūt. Itē
secundū. ho. Si is ad quē spectat eucharistie custodia illam incaute dimise-
rit/quamuis nihil nefandū acciderit tribus mensibus ab officio suspēdat:
et si per eius incuriā aliquid nefandū acciderit grauioris pene subiaceat
vltioni. De custo. Eucha. c. j. Animal aūt si comederit Eucharistiā si est pos
sibile capiat et cōburatur ac cineres iuxta altare ponāt/secundū s. Thomā

¶ Quando cadit sanguis Christi de hoc Canon sic dicit,

Si p negligētiā aliquid de sanguine Christi ceciderit sup tabulam et similia
lambatur si potest fieri sine horrore et postea locus radatur et rasura combu
ratur/et cinis iuxta altare recōdatur: et sacerdos quadraginta diebus pe-
niteat. Addicio. alias si lambi nō potest stupa vel lineo mundo extrahatur et
cōburat pariter cū rasura: ꝙ si radi nō poterit extracto sanguine aq loc⁹ la
uetur. Et sequitur. ¶ Si vero super altare stillauerit sorbeat minister stil-
lam et tribus diebus peniteat. Si super linthea altaris et ad aliud linthea
ꝑuenerit/quatuor diebus/nisi ꝑuenerit ad tertiū: quia tunc nouē. Si vsqꝫ
ad quartū viginti diebus peniteat et linthea mina que tetigit stilla abluant
tribus vicibus calice supposito et aqua ablutionis iuxta altare condat. de

cōse.di.ij.c. Si per negligentiā. ¶ Predictis aūt diebus scdʒ Glo. ibidē: ꝛ Tho debet sacerdos ieiunare ꝛ a cōione cessare. Rasura autē illa ꝛ lotio pōt differri post missam cauendū tamē ne locus maculetur aut pedibus cōculcet ꝛ cū residuo quod mansit in calice tempore suo ꝑcedat. Si aūt omnino nihil in calice māsit euerso/tunc tempore sumptionis sumat hostiam tantum ꝛ ꝑfectum ꝛ cōpletum sacramentū credat se sumpsisse: licet ordo cōsuetus ꝛ debitus nō potuit in hoc casu obseruari/eo: ꝙ prius lambendo sumpserit sanguinē. Sed si lambere nō potuit/nec penitus in calice aliquid remansit oportet/ꝙ mox denuo cōsecret: vt sic integrum sacramentū sumat.

¶ De vomitu post receptionē sacramenti.

Si quis Eucharistiā euomuerit: si sit laicꝰ ꝛ ꝑ ebrietatē vel voracitatē euomu eꝛ quadraginta. Clerici vero septuagita/Episcopꝰ nonaginta diebꝰ penitere debent. d. cōse di ij c. Si quis ꝑ ebrietatē. ¶ Si vero per infirmitatē euomerit ꝑ septem dies penitere debet. ¶ Uerum de his penitencijs ꝛ supra dictis dicit. s. Tho. Pensatis cōdicionibus negocij ꝛ ꝑsone potest minui vel addi ad penitentiā ꝑdictā. Sed quū infirmitas est in causa dicit. Glo. in. d. c. Si quis: ꝙ hoc ad cautelā positum est: vel quia nō debuit sumere cū esset infirmus ꝛ ita fuit in culpa: vel ꝙ nō debuit statim comedere cibū vulgarem alias infirmitas excusat. Et debet vomitus secundū s. Tho. cremari ꝛ cinis iuxta altare recōdi vel in aquam fluentē ꝓijci: secundū Raij. ꝛ Ange de Cla/in Summa. Uerum secundū Tho. Ubicunqꝫ species integre inueniunt nō sunt cōburende/sed reuererter in aliquo vasculo ad hoc apto cū reliquijs donec naturaliter cōsumentur obseruande/vel etiā sumende/quia manentibus speciebus/manet ibi corpus Christi: de sumptione tamē non semꝑ est cautū/quia (vt quidam refert) expertum est pestilenti cū euomuisse sacramentum quod cū sacerdos sumpsisset/statim infectus fuit ꝛ mortuus. Et ideo modus secundū Raij. ꝛ Angelū de Claua in summa ꝛ alios/est melior ꝙ sint cōburende vel in aquā fluentē mittende/tum quia tales species euomite etiā sine nausea nō possunt sumi/tū quia si reseruarentur tandem putrescerēt: ad maiorē irreuerentiā sacramēti/quā si statim cōburerentur aut in aquā fluentem mitterentur. Nam ꝛ secundū prefatos doctores ꝛ sanguis Christi cū in eum cadat aliquid abbominabile comburitur. a fortiori tales species/quia sunt maxime abbominabiles/de quibus etiam multi dubitant an maneat ibi sacramentū/quia tales species nō ordinantur amplius ad cibū. Siquidem ille sacerdos etiā secundū. s. Tho. grauiter peccat ꝑ cuius negligentiā hostie consecrate putresiunt ꝓpter quod per dies triginta talis sacerdos penitentiā vt ipse dicit agere debet. Quid igitur in his casibus dicendū est/cum tales species sacramenti ꝑmitterentur putresieri in maiorem irreuerentiā sacramenti.

¶ De musca vel aranea vel veneno mixto cum sanguine.

Si musca vel aranea ante cōsecrationē in calicem ceciderit vel venenū mixtum fuerit/debet calix ablui ꝛ aliud vinum cū aqua consecrandū apponi. ¶ Si vero aliquid eorum post cōsecrationem euenerit debet animal caute capi ꝛ diligenter lauari ꝛ cōburi ꝛ ablutio simul cū cineribus in sacrarium mitti/nisi esset res venenosa/vel que ꝓuocaret vomitum/quia tunc omnia simul essent reponenda in vase alio ꝛ aliud vinū cum aqua loco eo-

lice sumendū et consecrandū vt dictum est superius/quando defectus est in vino secundū Archi/Hugo/ et Jo. de Fauco. d.c: Si per negligentiā di. ij. de cōsecra. Quia nihil abhominabile sumi debet occasione huius sacramenti et a fortiori nullū venenū debet sumi ne calix vite vertatur in periculum mortis. Potest autē in missa venenū cōiecturari si aranea fuerit et idcirco/finita missa accipiat sanguinē illum/et igne cōburat cū aliqua stupa vel panno lineo in ipso madefacto/et cineres ponat in sacrario. Sed quid agendum est/si sacerdos post sumptionē sanguinis deprehendat venenum aut animal venenosū fuisse in calice: et illud se sumpsisse/an liceat illi euomere. R. Si per vomitū speret se liberari licet ei euomere i aliquod vas mūdū

¶ De noue speciei apparentia.

Quando corpus Christi appareat in forma pueri/vel huiusmodi non debet sumi/quia non apparet sub spetie conuenienti humane refectioni dicit s. Tho. ꝙ consulendum esset p̄sbitero ꝙ iterato corpus et sanguinē dn̄i cōsecraret et sumeret. Sed Ange. de Claua in sua summa in ℣. Eucharistia iij. §. xvij. tenet nō esse necesse iterato consecrare/quia que fiūt miraculose nō sunt sub legibus/et etiā quia verisimiliter posset etiam in alia consecratione sic apparere et sic esset p̄cessus in infinitum. Sacramētū vero trāsformatū recondendum erit cum alijs reliquijs/si in materiam priorē non redeat: de quo latissime Gabriel lecti. lj.

¶ De excōicato intra diuina ecclesiam ingrediente.

Quid faciet sacerdos si incepta missa ꝑpendit ibi excōicatum esse. R. ꝙ si est occultus non debet dimittere offitiū sed omnia ꝑsequi excōicatū nō aduertendo (et dicitur hic occultus excōicatus ille qui cōiter habetur ꝓ nō excōicato licet aliqui pauci sciant) nisi sit p̄latus suus et possit hoc ꝓbare tūc debet eū monere vt ecclesiam exeat/et si nō vult debet eū publice increpare et eum facere violenter eijci dummodo nō immineat periculū effusionis sanguinis aut faciet vt infra dicetur. De publice excōicato. aut recurrat ad brachium seculare secundum supplementū/nisi immineat periculum sanguinis. ¶ Si vero publice est excōicatus moneat eū vt exeat/ꝙ si nō vult exire/et sacerdos nōdū inchoauit canonem debet dimittere missam. et hic nomine canonis intelligitur a. Te igitur clementissime pater/vsqꝫ ad cōionem exclusiue. Si vero inchoauit ꝑsequatur vsqꝫ ad sumptionem sacramenti qua facta iterum moneat eum vt exeat/ꝙ si non vult exire dimittat postcōionem et in sacristia eam dicat/missam ibidem ꝑficiendo. ¶ Sed quid de audientibus missam cum excōicato. R. ꝙ aut est occultus et sic debet euitari in occulto/puta exeundo ecclesiam/fingendo aliā causam et huiusmodi et taliter ꝙ nō ꝓdatur ꝑ audientē missam/nisi sit eius p̄latus/qui cum eo audiat missam/quia talis p̄latus tenetur eum monere vt ecclesiam exeat/et si non vult/si potest probare debet eum publice increpare aut publice est excōicatus puta/quia cōiter scitur: sic debent eum publice euitare. Unde si intrat ecclesiam causa orandi vel audiendi diuina debent eum publice monere vt exeat/ꝙ si nolit potest ad p̄ceptum sacerdotis violenter eijci dummodo/vt supra dictum est/non immineat periculum effusionis sanguinis. Uel saltem de ecclesia debent ipsi audientes exire. Hec ex Ange. de Claua. in sua summa in ℣. Excōicatio. viij. §. xx. et xxj. Si autē intrauerit iam Ca-

done incepto minister exire non debet: sed sacerdoti vsq ad cõione assistere.
Adde hic adhuc casum videlicet.

¶ De sacerdote in missa deficiente.

Si sacerdos deficit in missa alius / qui sit ieiunus si iam hostiam saltem cõse-
crauerat debet supplere. Si vero dubitatur an compleuerit cõsecrationem
hostie tunc secundũ Inno. incipiendũ est ibi addendo scz Dñs noster Ihe-
sus Christus pdie quã pateretur. &c. quia nõ dr reiteratum quod nescitur
esse factum. Si autẽ certum est ꝙ non inceperat verba consecrationis: tunc
nõ est necesse supplere: in missa sit de necessitate legenda. Si tamen quis
vellet supplere posset / sed non deberet reincipe si iam signa super hostiã fe-
cerat / sed psequendũ est vbi deficit / alias incipiendũ est a capite misse Hec
Angelus in ꝟ. Eucharistia iij. in principio. ¶ Sacerdos ergo si ante cano-
nẽ in missa deficiat tunc pcerto (vt inquit Albertus li. ij de missa ppe finẽ)
alius sacerdos debet reincipere & totũ rite pagere / quia ea que ante cano-
nem in missa fiunt / nõ sunt de sacramenti cõfectione / sed potius de populi in
structione ¶ Si autẽ in canone deficiat factis aliquibus signis sup hosti-
as oblatas: ante tamẽ transubstãtiationẽ: tunc alius sacerdos non ab initio
missam debet incipere / sed vbi ille dimisit debet: quod omissum est supple-
re. Et hoc pter duas causas. Prima ex parte sacramenti: quia quamuis
ex illis signis substantie panis & vini nõ trãsubstantient / tamẽ ipsa materia
ex verbis & signis recipit significationẽ ex qua efficitur magis idonea ꝙ in
corpus Christi transsubstantientur / & hoc non est repetendũ sup illam ho-
stiã ne iniuria fiat virtuti verborũ: que tanꝙ nihil haberentur: quando iterũ
verba eadẽ sup eandem hostiam reiterentur tanꝙ priora verba a priore sacer
dote dicta nullam virtutẽ habuissent. Secũda causa est ex parte populi: qa
populus ex hoc minus verba & signa canonis appreciaret / si videret ea
tam facile repeti quasi prius dicta / viderentur anullata ¶ Si autẽ sacer-
dos in ipsa platione verborũ / que sunt forma sacramenti deficiat verbis iã
in parte pnunciatis / aut dubiũ sit an ea dixerit quia nec infirmus indicare
potuit vbi dimisit nec aliquis alius ppendit. tunc secundũ Inno (licet Al
bertus aliter dicat) alius sacerdos (vt supra dictum est) debet incipere ab
illis verbis. Qui pridie &c. mutato hoc relatiuo qui in dñs noster Ihesus
Christus pridie. &c ¶ Si autẽ deficiat: quando iam corpus Christi cõsecra
tum est & nõ calix / tunc corpore Christi in corporali relicto calix cõsecretur
secundũ ꝙ dictum est supra / quando defectus est in vino / videlicet incipien
do ab illis verbis. Simili modo postꝙ dñs noster Ihesus Christus cena-
uit. &c. & psequatur vsq ad finẽ misse ¶ Si vero peracta consecratione cor
poris & sanguinis Christi / tunc ibi sequens incipiat / vbi prior dimisit sup-
plendo quod obmissum est / & hoc verum si haberi potest (vt dictum est) sa-
cerdos ieiunus / nam pransus explere nõ potest vt dicit Glo. vij. q. j. c. Ni-
hil vbi casus ille ponit in textu. ¶ Quid ergo faciendũ erit cũ illis sacra-
mentis vcz corpore Christi & sanguine cũ alius sacerdos nõ expleuerit di-
cendum ꝙ in alia missa sumenda sunt / post sumptionẽ sanguinis. Similiter
illa hostia vel vinũ de qua dubitaretur an sit cõsecrata / etiã post sumptionẽ
corporis & sanguinis / quos ipse sacerdos in sua missa cõsecrauit / ante ablu
tionem sumeretur. ¶ Sed quid si p illo infirmo sacerdote alia hostia cõ-

secrata nō habeatur: aut aliquis alius casus rationabilis alicui euenerit pu ta alicuius alterius infirmitas ꝛ huiusmodi poterit ne supplens/aut aliam missam celebrans illi hostiā dare cum aliā non habeat cōsecratā. R. ꝙ non totam/sed bene partem/ꝛ aliam partem ipse sacerdos sumere debet secun dum Tho. in iiij. di. xii. ¶ Sed quid agendū sit/si celebranti sanguis ꝑ na res erumpat ꝛ fluit. R. pausare debet inclinando vel sedendo: donec flu xus cesset. Cauere tamen debet sacerdos: ne vestes vel aliqua sacra ꝑ san guinē coinquinentur/recipiendo illum scȝ sanguinē vel aliquo vase vel pan niculo ꝓut discretioni sue melius cōuenire videatur. Si autē ille fluxus re stringi nō posset/neqꝫ sacerdos offitium ꝑficere/tunc agendū est/vt in casu ꝓcedenti/de sacerdote videlicet in missa deficiente. ¶ Item scias: ꝙ sacer dos laborans morbo caduco vel huiusmodi/a celebratione misse est ꝓhibē dus/nec se intromittere debet. vij. q. ij. In literis ꝛ c. sequenti ¶ De alijs autē defectibus seu casibus qui contingi solent/aut circa formā sacramen ti: aut circa intentionē/aut de defectibus dispositionis corporis celebran tis/vel anime eius/aut de defectu vestimentorum ꝛ huiusmodi hic omit tuntur: quia de eis supra dictum est. ¶ Restat aūt adhuc videre: que post misse celebrationē sunt dicenda/agenda: ꝛ cauenda. Primo nanqꝫ ꝛ ante omnia dicende sunt corde ꝛ ore deuote gratiarū actiones. Cum enī (vt ꝛ ipse celebrans in prefatione ꝓtestatur) dignū ꝛ iustum sit atqꝫ equū ꝛ saluta re/vt semꝑ ꝛ vbiqꝫ dn̄o deo gratie agantur/ quia in nullo loco vel tempo re nobis beneficia sua clementer largiri cessat/ dignissimū: iustissimū: ꝛ equissimū est: vt hoc fiat post huius beneficij perceptionē/ꝛ tanto diligenti us atqꝫ deuotius/quanto inter omnia benefitia hominibus a deo collata/ illud vnum de maximis habetur: nō solum autē ideo gratias agere debet celebrans/ ne ꝓpter ingratitudinē de tanto beneficio grauius iudicetur a dn̄o/sed ꝛ vt de tali gratias debitas exhibens potiorum benefitiorū dign⁹ efficiatur/ꝛ precipue vt ad futuram celebrationē vel saltem spiritualē isti⁹ sacramenti sumptionē/ad quam semper tenetur esse dispositus ꝑparatior reddatur. Semper enim celebratio ꝓcedens. dispositio ac preparatio esse debet ad sequentem. Magis autē attendenda est in huiusmodi gratiarum actione feruida cordis deuotio/ quā plixa labiorū oratio ¶ Secundo au tem aliqua singulariter sunt agenda. debet nanqꝫ is/qui celebrauit in om nibus timorate virtuose ꝛ exemplariter se habere/ꝛ in bonis occupationi bus exercicijsqꝫ salutaribus consolationē ꝛ delectationē querere/vt in me ditando: psallendo: orando: studendo: scribendo legendo: docendo: ꝛ ho ras canonicas debite ꝑsoluendo/ita vt ꝛ dyabolus nunqꝫ eū otiosum in ueniat/ꝛ ad futura dona ꝑparatior fiat ¶ Tertio post misse celebrationē ca uenda sunt: ꝛ ante omnia cohibenda est lingua ne loquatur leuia/ inutilia scurrilia: detractoria/dolosa/ iniuriosa ꝛ huiusmodi verba. Sic etiā visus cohibendus est/ne videat vana/ꝛ suo mō sensus ceteri sunt caute custo diēdi. precipue eciā crapula ꝛ ebrietas ꝛ maxime taberna fugienda: ioci /ac ludi vitandi. Et vt hec facilius fieri possint studendū est sumope/vt dicit be atus Gregorius/ꝙ semper animus in suo pondere ꝛ vigore seruetur /ne postea eum fluxa cogitatio dissoluat. ne vana etiam leticia mentem surrepat ꝛ lucrum cōpunctionis animā ꝑ incuriam fluxe cogitationis ꝑdat. ¶ Et licet post misse celebrationē ius disponat a cibo potuqꝫ per longum tēpus

abstinendum: de quo habetur de cõse. di ij.c. Tribus gradibus. Illud tñ ius
de cõsuetudine nõ seruatur/ Uerumtñ pp̃ter reuerentiã tãti sacramẽti dignũ
est: vt a cibo ꝛ potu abstineatur: donec debite gratiarũactiones sint reddite
ꝛ ita etiã interea species sacramentales verisimiliter existimentur corrupte.

De celibatu sacerdotum, pro conclusione huius ordinis mille.

Multa sunt p̃ Christi sacerdotes cauenda: maxime aũt cauere debent mulie-
rum cõsortia /quia tenentur perpetuã castitatem seruare: ꝛ sub eterna damna
tione custodire. Un̄ dicit Canon Qui fidem castitatis vouerunt deo/irritam
faciendo damnationem incurrunt: .xxvij.q.j.ꝛ xxx.j.di.c.j.dicitur. Nullus
debet ad altaris ministeriũ accedere: nisi cuius castitas ante susceptũ mini-
sterium fuerit approbata. Causa vero huius institutionis mũdicia fuit sacer-
dotalis/vt libere cunctis diebus vite: orationi possent vacare. Si enim (vt
Paulus ait) ab vxoribus est cessandũ/vt expedicius orationi vacemus mini
stris itaq̃/quibus quotidiana necessitas orandi incumbit: nunq̃ coniugali of
ficio vacare permittitur hec ibi ꝛ.c.sequenti dicitur sacerdotibus/vt semper
valeant altari assistere/semꝑ ab vxoribus est abstinendũ: semꝑq̃ castitas ob-
seruanda precipitur. Et quia sacerdos qui totus est dño ꝛ sponso suo Jhesu
Christo consecratus/ꝛ exẽptus a cura rerũ familiariũ/ꝛ solutus legibus ciui
libus debet orationi iugiter vacare. Ideo merito astringitur voto castitatis.
Un̄ dicit diuus Aug. Si licet/ꝛ bonũ est nubere: cur sacerdotibus nõ licet
vxores habere: idest/vt ordinatis iam: nõ liceat cõuenire. Quis nesciat vnũ-
quodq̃ suã legem habere. Est enĩ quod omnino generaliter omnibus nõ lice
at/est item: quod alijs licet/ꝛ alijs nõ licet. Et est/quod aliquando licet ꝛ
aliquando nõ licet. Fornicari oĩbus semꝑ nõ licet. Negociari vero aliquãdo li
cet/aliquando nõ licet. Anteq̃ enĩ ecclesiasticus quis sit licet ei negotiari/fa
cto iam/nõ licet. Et christiano cũ vxore sua cõuenire. Aliquando licet/aliq̃n
vero nõ licet. Propter dies enĩ pcessionis aliquãdo nõ licet cõuenire/quia e-
tiã a licitis abstinendũ est/vt facilius impetrari possit/quod postulat. Unde
apostolus ex cõsensu ait abstinendũ ad tẽpus vt vacet orationi. Nã secũdum
legem in ieiunio cedi ꝛ iurgari nõ licet postea licet/quia maior reuerẽtia de-
bet dei causis. Nunquid omne: quod ante ceteros licet/ante imperatorẽ licet
Quanto magis in dei causis. Ac ꝑ hoc antistitẽ eius puriorez ceteris esse opor
tet: ipsius enĩ personã habere videtur/est enĩ vicarius eius/vt quod ceteris
licet/illi nõ liceat/quia necesse habet quotidie Christi vicem agere/aut ora-
re ꝓ populo: aut offerre: aut tingere/ꝛ nõ solũ huic concubitus nõ licet/
verumetiã ministro eius/quia ipse mundior debet esse/quia sancta sunt: que
ministrat. Nam sicut ad comparationẽ lucerne/tenebre nõ tñ obscure: sed
etiã sordide sunt. Ad cõparationẽ stellarum/lucerna caligo est. Ad solis vero
cõparationẽ stelle nubilose sunt. Ad dei aũt claritatẽ sol nox est ita ꝛ que ad
nos licita ꝛ munda sunt ad dei aũt dignitatẽ/quasi illicita ꝛ immũda sunt: q̃
quã enĩ bona sunt: dei tamẽ persone nõ competũt: nũquid nõ tunica medio-
cris hominis quãuis munda: imperatori tamẽ sordida ꝛ illicita est. Similiter
ꝛ Saxonicia Senatori. Ac per hoc antistites dei puriores esse debẽt: quã cete
ri quia ꝛ Christi habẽt ꝑsonã: ꝛ ministros dei mũdiores esse oportet/nemo enĩ
imperatori ministrat/nisi vestimentis claris ꝛ mundis indutus. Deus autem
quia natura clarissimus est: ministros eius natura: magis quam vestibus mun-
dos esse oportet. Hec sanctus Augu. in li. questionũ veteris ꝛ noui testamenti
Questione vltima. Possent etiã hic multa recenseri: que sunt in libello de sin-

gularitate clericorū: diui Ciprian: vbi etiā docetur a dn̄o fuisse reuelatū: ne
sacerdotes cum feminis cōe haberent cōtuberniū. ¶ Attendant etiā Christi
sacerdotes, ⁊ inspiciāt veteris legis sacerdotes: dū starat in altare dn̄i hircos
⁊ vitulos ꝓ peccatis offerentes: quanta sup̱ alios sanctitatis: quanta castita
tis eis imponebatur artatio: vxorē non: nisi virginē: nō nisi semel ⁊ vnicā: non
repudiatā / nō sordidam / ipsis phas erat accipere: vacabāt ab vxorū amplexu
quolibet tempore vicis sue / ⁊ quando offerre volebant dn̄o sub mortis inter-
minatione. Si moriebat̄ vxor in eius adolescentia continēdi necessitas incūbe
bat. ¶ Fuerunt ⁊ alij inter iudeos qui hesseni dicebantur: qui sancta religio
ne ceteros prestare conati erant / nō lubricum: sed vite cōtinentis virū in suā
viuendi cōsuetudinē recipiebant. De quibus Solinus de mirabilibus mundi
c. lxiiij. sic scribit hesseni / qui ꝓditi memorabili disciplina recesserūt a ritu gen-
tium vniuersarū / maiestatis vt reor ꝓuidentia: ad hunc morē destinati nulle
ibi femine venere se penitus abdicauerunt / pecuniā nesciunt / palmis victitāt
nemo ibi nascitur: nec tn̄ deficit hominum multitudo locus ipse addictus
pudicicie est: ad quē plurimi licet vndiqꝫ gentiū ꝓperent nullus admittitur:
nisi quē castitatis fides ⁊ innocētie meritū ꝓsequatur: nam qui reus est: vel le
uis culpe: quamuis summa ope adipisci ingressum velit diuinitus submouetur
ita ꝑ immensum spatium seculorum incredibile dictu eterna gens est / cessan-
tibus puerperijs hec ille. Josephus quoqꝫ in li. ij. de bello iudaico. c. ij. de eis-
dem dicit hesseni gente iudei inter se mutuo amore cōiunctissimi ⁊ qui ꝑter ce
teros voluptatem quidem solent quasi maleficia vitare / cōtinētiam vero serua
re: neqꝫ cupiditati succumbere: virtutē maximā ducere. Itaqꝫ nuptias quidem
fastidiūt: alienos vero filios dū adhuc molles sunt erudiunt traditos ꝑ co-
gnatis habentes / suis moribus diligenter instituunt / voce cibū sacerdos an-
teuenit: neqꝫ quēꝙ gustare phas est: nisi prius deo celebretur oratio. Post fi
nem quoqꝫ prandij vota repetunt / summū studiū veterū scriptis adhibēt. Se
cte sue studiosis nō statim cum eis vna collectio ꝑ annū integrū extrinsecus
cōmoranti cuiqꝫ eundē victus ordinē tribuūt. Cum vero ꝓcessu temporum ex
perimentum cōtinentie dedit accedit etiā ad cōmunē cibū ⁊ purioribus ob-
castificationē scꝫ aquis participant. Post ostensionē cōtinentie duobus ānis
alijs mores eius ꝓbantur. Cumqꝫ dignus apparuerit tunc demū in cōsortium
assumitur: prius vero quā incipiat cōmunē habere cibū magnis execrationibꝰ
abiurat se pmū quidē colere deū. ⁊c. hec ⁊ alia de eis Josephus. ¶ Gentiles
quoqꝫ sacerdotes ⁊ flamines vt castā ducere possent vitā: ⁊ diuinis cōtempla
ri austeram nimium vitā ꝑagebant / ⁊ cohabitatiōes populi fugiebāt / ꝓut ait
Plato in thimeo dicens / quod apud Athenienses ꝓditi sacerdocijs seꝑatim
a cetero populo cōuiuebant / ne aliqua ꝓphana cōtagione castitas corū pol-
lueret. Et Hieronimus cōtra Jouinianū. li. ij. dicit. ꝙ Cheremō stoicus
vir eloquentissimus de vita antiquorū sacerdotum gentiliū narrans ait. Om-
nes sacerdotes corū virtuosi omnibus postpositis negocijs curisqꝫ mundi sem
ꝑ in templo fuerunt ⁊ rerū naturas causasqꝫ ac siderū raciones contemplati-
sunt. Et nūq̄ se mulieribus miscuerunt / nūq̄ cognatos ꝓpinquos ac liberos
viderunt ex eo tempore quo ceperunt diuino cultui seruire: carnibus ⁊ vino
abstinuerūt: ⁊ hoc ꝓpter appetitū libidinis cohibendum / que ex nimio cibo
⁊ potu generatur. Cetera apud eundē Hieroni. vide / qui multa ⁊ mira de hu
iusmodi scribit sacerdotibus. ¶ Et quoniā Christi sacerdotes sacris occupā
tur mysterijs / non hircū: aut vitulū; sed agnū immaculatū sacratissimū corpus

dñi nostri Ihesu Christi dño offerentes: quid diuinius quam vt cõtinua polleant castitate. vacant legi dei: quã ab eorũ ore populus requirit. Hec autẽ lex: sicut immaculata est/sic immaculatum ministrũ et doctorẽ requirit. Quod si omnes etiam laicos nõ cõiugatos apostolus ad castam inducit vitam: multo magis sacerdotes: dicit enim apostolus. bonũ est mulierẽ nõ tangere. Et infra volo autẽ oms homines esse sicut me ipsum: sed vnusquisque ppriũ donũ habet ex deo: alius quidẽ sic: alius vero sic. Dico aũt nõ nuptis et viduis: bonũ est illis si sic pmanserint sicut et ego. Item ibidẽ dicit Solutus es ab vxore noli querere vxorem. Insup dicit volo autẽ vos sine sollicitudine esse: qui sine vxore est sollicitus est: que dñi sunt/quõ placeat deo. Et iterum dicit. Beatior autem erit si sic permãserit secundũ meũ cõsiliũ hec omnia apostolus. j. ad Chorint. vij. vbi etiã ad terrorem adducit cõiugatorum tribulationes/et quo modo sollíciti sunt de his que sunt mundi et quo modo placeat vxori et diuisi sunt. Et quod sui corporis potestatẽ nõ habent. Multa alia incomoda huius mũdi: veluti lites cũ affinibus: cura liberorum/sollicitudo rei domestice: et id genus alia sexcenta: que matrimoniũ cõitantur. Illi vero qui castam ducunt vitam ab his omnibus et multis alijs incõmodis sunt liberi. Unde omniũ sapientũ nedum catholicorũ: verumetiã paganorũ cõclusio est. Quod viro sapienti nõ cõueniat ducere vxorẽ/ quã cõclusionẽ rationibus et mltis ac varijs exẽplis apphãt/que hic breuitatis causa omittunt. Profecto sapiẽtis est: id magis eligere: quod melius est sed cõtinere melius est equidẽ et optimũ. Dicit enim apostolus. Qui matrimonio iũgit virginẽ suã: bñ facit. Et qui nõ iũgit melius facit. Saluator etiã dñs noster Ihesus Christus huic cõclusiõi assentit dicẽs. Sũt eunuchi qui seipsos castrauerũt/id est voluntarie cõtinent pter regnũ celorũ qui potest capere capiat. Math. xix. Unde Ciprianus dicit. Prima sentencia dei crescere et generare pcipit. Secunda ad cõtinẽtiã suasit. cũ adhuc rudis mundus et inanis est/copia fecũditatis generante ppagamur: et crescimus ad humani generis augmẽtum. Cum iã refertus est orbis et mundus impletus: qui capere cõtinentiã possunt Spadonũ more viuentes castrantur ad regnũ hec Ciprianus in tractatu secundo de habitu virginũ. Ubi etiã superius dicit sit virtus ad tolleratiã prima. Nõ est ad magna facilis ascensus/quẽ sudorem ppetimur: quẽ laborem/ cũ conamur ascendere colles et vertices montium. Quid vt ascendamus ad celũ. Si premiũ pollicitationis attendas: minus est quod laboras. Immortalitas pseueranti datur/ppetua vita pmittit regnũ dñs pollicetur. Seruate virgines/seruate quod esse cepistis: seruate quõ eritis. Magna vos merces manet. Premiũ grande virtutis. Munus maximũ castitatis: Uultis scire: quo malo careat/et quid boni teneat cõtinẽtie virtus Multiplicabo (inquit mulieri deus) tristicias tuas: et gemitus tuos. Et in tristicia paries filios. Et cõuersio tua ad virum tuũ/et ipse tui dñabitur: vos ab hac sententia libere estis/vos mulierum tristicias et gemitus nõ timetis. Nullus vobis de partu circa filios metus. Nec maritus est dominus. Dñs vester et caput Christus est ad instar et vicem masculi. Sors vobis et cõditio cõmunis est. Dñi vox est illa dicentis filij seculi huius generant et generantur qui aũt habuerit dignationẽ seculi illius et resurrectionis: a mortuis nõ nubunt neque matrimoniũ faciunt. Neque enim incipient mori. Equales enim sunt angelis dei cũ sint filij resurrectionis. Quod futuri sumus iam vos esse cepistis. Uos resurrectionis gloriam in isto seculo iã tenetis. Per seculũ sine seculi cõtagio pertransitis cum caste pseueratis et virgines angelis dei estis equales/tantum

maneat: et duret solita et illesa virginitas. Et vt cepit/fortiter iugiter pseue-
ret hec ille. Qui optimis medijs ad virginalem vitam et cōtinētiam cohortat
Melius est ergo hic incohare vitam/que ineternū durare debet secundū sen
tēciā omniū doctorū et Pauli ac saluatoris dn̄i nostri Jesu Christi cōsiliū. Nō
bene ergo obiciunt heretici qd scriptū est in Genesi. Crescite et multiplicamini
et replete terram. Et maledicta sterilis que nō parit semen in Jsrael: nubebāt
omnes et nubebantur. et derelictis parentibus fiebant vna caro etc. Tunc enī
erat replenda terra nūc celum. Matrimonio namque repletur terra. Celibatu
vero celum. Unde Hieronimus aduersus Heluidiū/quando vox illa pronuit
tēpus breuiatum est. Reliquum est: vt et qui habent vxores sint quasi nō habe
ant ad herentes dn̄o vnus cū eo efficimur spūs. Et quare: quia qui sine vxore
est cogitat ea: que dei sunt: quo modo placeat deo. Qui autē cū vxore est sol-
licitus est/que sunt huiusmodi quō placeat vxori et diuisa est mulier et virgo
que nō est nupta cogitat que dei sunt: vt sit sancta spū et corpore. Nā que nu
pta est cogitat: que sunt mundi quō placeat viro. Quid oblatras: quid oppu
gnas vas electionis hoc loquit. Hec Hieronimus. Sed si dices idē Hieroni-
mus ait: quia et Epi et presbiteri et diaconi vnius vxoris viri: et habentes filios
ab apostolo cōstituuntur. Quō de virginibus apostolus dicit se nō habere p
ceptū/et tn̄ dat cōsiliū: quasi misericordiā cōsecutus a dn̄o. Et hoc agit in oī
illa disputatatiōe vt virginitatē pferat matrimonio et suadet quod imperare
nō audet/ne inijcere videatur laqueū et plus imponere ponderis: quā pōt ho
minū sustinere natura ita et in ecclesiastico ordine cōstituendo quia rudis ex
gentibus cōstituebatur ecclesia leuiora nuper credentibus dat pcepta ne ter
riti ferre nō possent etc. hec Hieronimus aduersus Jouinianū li.j. vbi multa
de hoc ad virginitatē similiter et cōtinentiā inducens scribit: quia altus est et
maximi meriti cōtinētie status/ad quē infirmi nō possunt ascendere Illi ergo
qui ascēdere/vel capere: idest se cōtinere nō possunt ducāt vxores sacerdocij
gradus omittētes. Quia/vt apostolus ait/Si se nō cōtinent nubāt. Jdē dicit
ppter fornicatiōem autē scz euitandā vnusquisque suā vxorē habeat et vnaqueque
suū virū. Melius est enī nubere quā vri. Alias edificarent sibi ad gehennā. Et
hi aduertant et illud. Quod apostolus dicit. Tempus breue est/reliquū est/
vt et qui habent vxores tanquam nō habentes sint. Preterit enī figura huius mundi
Sanctius est ergo sacerdotes (cū vita breuis sit) hoc quantulumcumque tēporis
(quod breue et momentaneū est) cū paulo apostolo stimulū carnis cū gratia
dn̄i sufferre quā in graue iugū incidere et carnis cōcupiscentijs vinci. ¶ Ad-
huc si diligencius aduertamus quantū inter veteris legis sacrificium/et noue
intersit/nō esset dubiū: quā congruenter ecclesia celibatū sacerdotibus indi-
xerit. Jlla quidē sacrificia vmbre dumtaxat erant/et figure quedā subobscure
noue legis sacrificij. Et tn̄ (vt illa dignius agerent) iussi sunt sacerdotes āte
sanctificari: nec archā dn̄i: nec cetera vasa: sed nec ad altare licebat cuiuis
accedere/nisi prius esset ab omni etiā cōiugali immūdicia purgatus. Quāob-
rē si ppter vmbrā et figurā tanta exigebatur puritas. Quanta iā eos: qui rem
verā et purissimā veritatē in veteri lege figuratā tractant sanctitate pspicuos
vt ab omni mulierū inquinamēto purissimos esse cōuenit. Jtē habetur in. li. j.
Regum xxj. quod Achimelech sacerdos nō ante voluit de panibus ppositionis
quicquid impartiri Dauid et pueris eius: nisi prius eos intellexisset a mulieri-
bus hoc est ab vxoribus suis fuisse mundos/ac panes illi ppositionis incōpa-
rabiliter distant a sacramēto panis: in quo sacratissimū corpus Christi cōtine-

tur. Quãobrẽ Christi sacerdotes (quibus interest hunc panẽ quotidie sumere) ꝑ
petuũ celibatũ agere oportet. Ad hec expedire laicis docet apostolus ab vxorib⁹
interim abstineant quatenus orationi vacare queant cõmodius. Quod si laicis o-
rationis causa: res vxoria ad tempus interdicitur sacerdotibus vtiqȝ: quorũ est offi
ciũ quotidie nõ ꝓ suis modo verũ etiã ꝓ populi delictis hostias ꝛ preces offerre
deo/ celibatus indicitur meritissime ꝑsertim cũ res nõ minus euangelio cõueni-
at: quã ab ecclesia catholica iam cõprobetur. Euangelio eñ cõuenit/ quod Chri-
st⁹ in euangelio cõsulit. Uetera trãsierũt ecce facta sunt omnia noua. Un̄ Hiero
nimus in epistola ad Thitũ. Si laicis (inquit) imperatur vt ꝓpter orationẽ absti
neãt se ab vxorũ coitu. Quid de ipso senciendũ est/ qui quotidie ꝓ suis populiqȝ
peccatis illibatas deo oblaturus est victimas. Relegamus regũ libros ꝛ inueni-
emus sacerdotẽ Abimelech de panibus ꝓposicionis noluisse prius dare Dauid ꝛ
pueris eius: nisi prius interrogaret vtrũ mundi essent pueri a muliere. Nõ vtiqȝ
aliena/ sed cõiuge. Et nisi eos audiuisset ab heri ꝛ nudius tertius vacasse ab ope
re coiugali/ nequaqȝ panes (quos prius negauerat) cõcessisset/ tantum interest in
ter ꝓposicionis panes ꝛ corpus Christi: quantũ inter vmbrã ꝛ corpora. Inter
imaginẽ ꝛ veritatẽ. inter exemplaria futurorum ꝛ ea ipsa que ꝑ exemplaria ꝓfigura
bantur. Quõ itaqȝ mansuetudo: paciencia/ sobrietas: moderatio/ abstinentia lu-
cri/ hospitalitas quoqȝ/ ꝛ benignitas ꝑcipue debent esse in Episcopo. Et inter
cunctos laicos eminentia. Sic ꝛ castitas ꝓpria. Et (vt ita dixerim) pudicicia sa-
cerdotalis. Ut nõ solum ab opere immundo se abstineat: sed etiã a iactu oculi: ꝛ
cogitacionis errore mens Christi corpus effectura sit libera. Hec Hieronimus.
Et idẽ Hiero: in alio loco dicit. Quid est maius/ orare: an corpus Christi accipere
vtiqȝ accipere corpus Christi. Si ꝑ coitũ quod minus est impeditur: multo ma-
gis quod maius est. Diximus in eodem volumine panis ꝓposicionis ex lege nõ
potuisse comedere: nisi se triduo mũdos a mulieribus respondissent. Nõ vtiqȝ a
meretricibus quod damnat a lege sed ab vxoribus/ quibus legitime iungebãtur
Populus quoqȝ quando accepturus erat legẽ in monte Sina/ tribus diebus
iussus est ab vxoribus abstinere. Hec Hieronimus. Insuper Idẽ Hieronimus
dicit. Oro te quale illud bonũ est quod orare ꝓhibet/ quod corp⁹ Christi accipi
nõ permittit. Quã diu impleo mariti offitiũ: nõ impleo christiani. Iubet apostolus
in alio loco/ vt semꝑ oremus. Si semꝑ orandũ est/ nũqȝ ergo cõiugio seruiendũ
Quoniã quotiescũqȝ vxori debitum reddo Orare nõ possum. Petrus apostolus
experimentũ habens cõiugaliũ vinculorũ. Uide quomõ informet ecclesiã: quid
deceat christianos. Similiter viri cohabitantes iuxta scientiã/ quasi infirmiori va
sculo muliebri tribuentes honorẽ. Et sicut coheredes multiplicis gratie/ vt nõ im
pediantur orationes vestre. Ecce eodem sensu/ quia ꝛ eodem spũ impediri dicit o
rationes offitio cõiugali. Quo aũt ait. Similiter idcirco ad imitationẽ ꝓuocat
viros qa iã supra vxorib⁹ ꝑceperat dicens vt videant viri in timore castã vestrã
conuersacionẽ. Et infra vis scire quid velit apostolus iunge quod sequitur. Uo-
lo autẽ omnes homines esse sicut meipsũ. Beatus qui Pauli similis erit. Felix q
audit apostolũ ꝑcipientem non ignoscentẽ. Hoc: inquit: volo. Hoc desidero vt
imitatores mei sitis/ sicut ꝛ ego Christi. Ille virgo de virgine de incorrupta
incorruptus. Nos quia homines sumus/ ꝛ natiuitatam saluatoris non possu-
mus imitari/ imitemur saltem cõuersatiõnẽ: Illud diuinitatis est/ Et beatitudi
nis hoc humane cõdicionis est ꝛ laboris. Uolo omnes homines similes mei esse/
vt dum mei similes sunt/ similes fiant ꝛ Christi/ cuius ego similis sum. Qui eñ
in Christum credit debet sicut ille ambulauit/ ꝛ ipse ambulare. Sed vnus quisqȝ

ꝓpriũ donũ habet ex deo/alius quidem sic alius aũt sic. Quid (inquit) velim ꝑ-
spicuũ est. Sed quoniã in ecclesia diuersa sunt dona. Concedo ⁊ nuptias: ne vide
ar damnare naturã. Simulqꝫ considera ꝙ: aliud donũ virginitatis sit/aliud nu-
ptiarũ Si eñ eadẽ esset merces nuptiarũ ⁊ virginũ/nũqꝫ dixisset post preceptũ cõ
tinẽtie: sed vnusquisqꝫ ꝓpriũm habet donũ ex deo: alius quidem sic: alius aũt sic:
Ubi ꝓprietas singulorũ est: ibi altrinsecus diuersitas. Credo ⁊ nuptias dei esse
donũ: sed inter donũ: ⁊ donũ magna diuersitas est ⁊c. Hec Hieronimus li.j. ad-
uersꝰ Iouinianũ vbi multa de hoc. ¶ Nec te moueat si veneris ad euangelium
⁊ ꝓposueris Zachariã. Elizabet. Petrũ ⁊ socrũ eius. Nã (vt inquit idem Hiero
vbi supra) isti inter eos qui ab initio legi seruierunt numerandi sunt. Neqꝫ eñ e-
uangeliũ est añ crucẽ quod sanguine ⁊ passione ipsius dedicatur. Unde Petrus
ac ceteri apostoli eciã si vxores habuerint tñ eas dũtaxat quas eo tempore accepe
rant/quo euangeliũ nesciebant: qui assumpti postea in apostolatũ reliquerunt of
ficiũ cõiugale. Uñ confidenter petrus dicit. Ecce nos reliquimus omnia ⁊ secuti
sumus te. Dictum eñ erat apostolis. Si quis venit ad me/⁊ nõ odit patrẽ suũ
⁊ matrẽ/⁊ vxorem ⁊ filios: ⁊ fratres ⁊ sorores. Adhuc aũt ⁊ animã suã nõ potest
esse meus discipulus. Luce xiiij. Et iterũ omnis qui reliquerit domũ vel fratres
aut sorores: aut patrẽ aut matrẽ/ aut vxorẽ/aut filios aut agros ꝓpter nomen
meũ centuplũ accipiet ⁊ vitam eternã possidebit Mathei xix. Sic ⁊ nostris tem-
poribus recte fit/vt ad sacerdotiũ vocatus ex institucion ecclesie/diuiqꝫ aposto
li ac saluatoris dñi nostri Ihesu Christi cõsilio: sponte celibatum voueat ac cõiu
gio renunciet. Nec iam aliter facere licet Dicit eñ saluator. Nemo mittens ma
nũ suã ad aratrũ/⁊ respiciens retro aptus est regno dei Luce ix. Et licet in ꝑmiti
ua ecclesia aliq sacerdotes vxores habuerint ⁊ multa huiusmodi ꝑmittebantur/
que tñ successu temporis ex legitimis causis iustissime fuerunt immutata. Nimirũ
si circa sacerdotũ nuptias aliqua variata fuerũt: iussitqꝫ eos ecclesia vitam duce-
re celibẽ: vt sine aliq impedimẽto orent ac offerant dona ⁊ sacrificia ꝓ peccatis: ac
puras manus extendere seu leuare possint ad dominũ. Illorũ quoqꝫ labia custodi
unt scientiã ⁊ angeli dei nomẽ merent: qbus ⁊ re vita vcꝫ sua cõsonare debent
qbus solis vrna aurea commissa est: vt manna cõtrectent. Quod si iratus est dñs
contra Osan indignatione maxima. Eo ꝙ extendit manũ suã ad arcam ⁊ ꝓpter
ea mortuꝰ est. Nimirũ si ꝓbet se sacerdos dñ verã arcã in imo ipsum mãna de celo
contrectet: ne sibi iudiciũ manducet ⁊ fiat reus corporis ⁊ sanguinis dñi ⁊ revera
si onera matrimonij dũtaxat ex Paulo apostolo dein officiũ sacerdotale/hinc in-
de: cõtulerimus: iustissimã ordinacionẽ sanctorũ patrũ dicere oportet. Legas ⁊
iterũ relegas apostoli in prima epistola ad Corinth capitulũ septimũ vide ⁊ cõmen
taria tam antiquorũ doctorũ/quã modernorũ sup apostoli verbũ in epistolas ad
Thimoteũ ⁊ Titũ. Cur vcꝫ tunc tẽporis apostolus dixerit episcopum vnius vxo-
ris virũ, ⁊ quõ intelligi debeat. Illiꝫ eñ tẽporibus fere omnis nubilis etatis mares
ducebãt vxores: vñ tũc ex cõiugatis eligi oportuit episcopos: alias ꝑsbiteros: se-
cũdũ eñ apostolos inter Episcopũ ⁊ sacerdotẽ nihil interest: vt xciij. di. c. Legimꝰ
⁊ xcv. di. c: Olim ⁊ c. sequẽti. Processu vero temporis/postqꝫ videlicet multipli
cati sunt fideles auctus est virginũ status/ab apostolo ⁊ saluatore dño nostro Ie
su Christo plurimũ laudatus. Decet ergo ex hoc virginũ statu/saltim ex continẽ
cium: eligi in sacerdotes: q sicut angeli in celo: sic ⁊ ipsi in terris semꝑ cultui assi-
stãt diuino. Nã ⁊ sacerdos angelus dñi dicitur. Sunt ⁊ alie cause/quas longe la-
teqꝫ describũt doctores ¶ Nec etiã moueat Christi Sacerdotes Grecorũ sacer
dotum coniugiũ. Sed potius mẽte intimius sequentia ꝑpendant. Cur ipsi ⁊ corũ

populus ferocissimis Christi nominis inimicis subiugati sunt/ nullo honore ꝛ dignitate a modo affecti. Et illa: que iam pridē legisperitia fuerant ꝑditi/ modo penitus sunt ꝓuati. Omnis deniqꝫ scientiarū ornatus/ q̄ ꝑmeuis tēporibus mirū immodū pollebāt: abscessit ab eis: ꝛ in varios corruerūt errores. Profecto (vt qdam doctor ait) non ex alia causa/ nisi qa derelinquerūt fontē viuum mundissimū ꝛ castissimū sacerdocij dignitatē contaminando: Et in cisternā dissipatā. Omnis immunditie fomētum coniugiū ꝑter consuetū ꝛ inhonestum sibi quesiere/ sancta dn̄i polluendo. Ecce manus dn̄i valida ꝛ fortis super eos q̄s ꝓ futuro secura re eos poterit a flamma incendij eterni: neqꝫ refert/ ꝙ huiusmodi cōiugati/ vel q̄ cunqꝫ alij sacerdotes votū castitatis expresse ore non emiserunt. Dicunt em̄ sancti doctores: siue q̄s sacerdotum vouens ore siue nō: ꝑpetuā obseruare tenet̄ cōtinentiā siue castitatē/ dum sacerdocij recipit dignitatē. Quia vt sic/ ne dum vouet: sed votum etiā solēnisat. Caracteremqꝫ Christi in se suscipit: ꝛ in mente gerit Est em̄ sacerdotalis caracter ꝓprie caracter Christi vt inquit. s. Thomas. iij. q. lxiij. Eius ergo vitam imitetur sacerdos cuius caracterē habet/ carnē suā ꝛ vicia ac cōcupiscentias in se mortificādo secundū illud apostoli dicentis. Qui Christi sunt carnē suā crucifixerunt cū vicijs ꝛ cōcupiscentijs: ad Gallatas. v. Spiritu igitur secundū eundē apostolum ibidē ambulandū est/ desideria carnis nō ꝑficiendo sicqꝫ fructus sp̄s amplecretur: Qui est/ vt ibidem ait apostolus/ Charitas Gaudiū/ Pax/ Pacientia: Benignitas/ Bonitas: Longanimitas/ Mansuetudo/ Fides/ Modestia/ Continentia/ Castitas: Hec oīa in quolibet lucere dn̄t christiano maxime aūt in sacerdotibus Ihesu Christi: q̄ cum patre ꝛ sp̄ū sancto viuit ꝛ regnat in secula seculorum benedictus. Amen.

Castigationes dictionū in hoc opusculo deprauatarum.

j. fo. parte ij: ℟. viij. ꝓ fit lege fi. ij. fo. parte ij. ℟. iiij. a fine numerando ꝓ vt lege vñ. iij. fo. par. ij. ℟. xxj. a fi. ꝓ celelebratione le. celebrare. Ibidē ℟. ix. ꝓ terinate lege determinate. iiij. fo. par. j ℟. x. ꝓ sicut lege sic. eodē fo. par. ij: ℟. xiiij. ꝓ ꝙ quis lege ꝙuis. v fo. parte j. ℟ xiij. ꝓ sacraris le. sacris. Ibidē ℟. xix. a fi ꝓ ad le ac. Ibidē ℟ xvij ꝓ cū le. ext. Iqi. ℟ xij. ꝓ cōione lege lectione. eodē fo. parte ij. ℟. xv. ꝓ iudicare lege inducere: Ibi. ℟. v. a fi ꝓ quertū lege quarū. fo. vj. par. j. ꝓ sp̄ūalē le. spetialē. Ibi. ℟. viij ꝓ posita lege puta. Ibi. ℟. vj. ꝓ vfficere le. sufficere. eodē fo. parte ij. ℟ xvj. a fi. ꝓ orat le. erat. fo. vij. par. j. ℟. xx. a fi ꝓ impendit lege impedit. eodem ℟. xviij. ꝓ ergo le. egro. eod. ℟. xiij. ꝓ ꝛ le. ex. Ibidē ℟. v ꝓ. vbi le. vt. ibidē ℟. iij. ꝓ aūt lege aut. eo. fo. parte ij. ℟. j. ꝓ ℟. lege li. iij. Ibi. ℟ xx. ꝓ deuocionibus lege deuotis. idē ℟. xxv ꝓ aut alia le. ꝛ alia. Ibi. ℟ xiiij a fi. ꝓ excutione le. executione. xj. fo. par. j. ℟ vij. ꝓ vb lege vbi. eodē fo. par. ij ℟. j. ꝓ ligare le. litigare. ibidē ℟. v a fi ꝓ natura le. noua. xij fo. parte. j ℟. j ꝓ si ꝙ lege ꝙ si Ibi. ℟ iiij. le. iij. c. omnes vtriusqꝫ sexus de pe. ꝛ re. ibidē ℟ xxv. ꝓ aliter lege taliter. Ibi. ℟ vj. ꝓ cōmittatur lege cōmittat. xiij fo. par j. ℟ xij. ꝓ ꝑsentandū lege repsentandū. fo xix. par. j: ℟. ix a fi. ꝓ noue lege. non xxj. fo. parte j ℟ xiiij. a fi. lege Misereat̄ tui omnipotens deus: ꝛ dimissis peccatis tuis: perducat te. ꝛc. eodē fo. par. ij ℟. ix a fi. ꝓ dicitur lege dicit xxij. fo. par ij. ℟ xv ꝓ representantes lege repꝛesentans. Ibidē ℟. xxiiij ꝓ mortaliter lege moraliter xxiij fo. par. j ℟. iij. lege in glosa. Ibidem ℟. ix ꝓ secunda lege secundo. Ibi. ℟. v. a fi. similiter ꝓ secunda le. secundo. Ibi. ℟. iij. ꝓ petit lege

petita. xxv. fo. par. j. ℣ iij. a fi. lege canticū glorie alleluia vsq3 ad Pascha pro maiori. ⁊c. ⁊ infra in sequenti versu lege. In die tamen cene gloria in excelsis di- citur. ⁊c. xxvj fo. par. j ℣. vj. lege dut est in diebus. eodē fo. par. ij. ℣. x. lege offitiū non possit in aliū diem. Ibidem ℣ xviij. ꝓ ex lege ⁊ xxx fo. par. ij. ℣. x ꝓ sed lege ⁊. Ibi. ℣. ij a fi. le. ⁊ in labijs meis. xxxj fo. parte j. ℣. iij a fi ꝓ charita tē le. charitate. eodē fo. par. ij. ℣. xiiij ꝓ ꝑtereundū lege ꝑtereundum. xxxij fo parte ij. ℣. xxj. ꝓ voce lege vocius. xxxiij. fo parte ij. ℣ xiij. lege que sint ꝓ alte- rius vel aliorū cōione xxxv. fo. parte ij ℣. xvj. ꝓ incuc'sat lege incensat. xxxvj. fo. par ij. ℣. v. a fi le. debet etiā esse xxxviij. fo. par. j ℣. viij. le: quā ⁊ sustinendam Ibi. ℣ iij. a fi. ꝓ exparte lege ex tempore. xlj. fo. par. j. ℣. vij. lege ductus est ⁊c. xliij. fo. par. j. ℣. xxvj le. duas separatim vnā. xlv. fo. parte ij. ℣. iij lege in san- ctas. xlvj. fo. parte j. ℣. xv. ꝓ arctius lege arcius. eodē fo. par. ij. ℣ xxij. lege id quod ꝓponitur: magis captum fugit humanū ⁊ alcius supra. xlviij fo. par. ij ℣. vij. ꝓ cōmemoret lege cōmoneret: eodē fo. par. ij. ℣. iiij. ꝓ licet le. licite. Ibi. ℣ vltimo lege sunt de substantia. liij. fo par. j. ℣ xx ꝓ moriturū le. meritorum liiij fo. par. ij. ℣ xij. ꝓ ꝑparatio lege ꝑparatio. Ibidē ℣. xviij. a fi. ꝓ postcōionis lege. cōis. Ibi. ℣. xiij ꝓ salutaris lege salutaribus. lv fo. parte ij. ℣. ij. a fi. ꝓ ma nus lege manu. lvij fo. par. ij. ℣. xvij. ꝓ dicit lege dicitur Ibi. ℣. xxj. ꝓ ꝑcusso- ris le. ꝑcursoris. lix fo. parte j. ℣. xxvj. ꝓ incorporalibus lege incōparabilis. lx fo. par. j. ℣. ix. ꝓ oblatione lege ablacione. eodē fo. ablitiuus lege ablutiuus

Excussum salutiferę incarnationis, Millesimo Quin- gentesimo Vicesimo nono, Cracouiæ per Mathiam Scharffenberg. Expensis vero Marci Scharf- fenberg, Ciuis, ac Bibliopolę ibidem, Mense Februario.

450-